DE LITERATURA
FAVENTINORUM,

SIVE

DE VIRIS DOCTIS ET SCRIPTORIBUS URBIS FAVENTIÆ.

APPENDIX

AD ACCESSIONES HISTORICAS FAVENTINAS.

NAPOLI

VENETIIS
M. DCCLXXV.

Apud MODESTUM FENTIUM TYPOGRAPHUM.
SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMIS ET PRAESTANTISSIMIS,

SAPIENTISSIMIS PARITER

ET

AMPLISSIMIS PATRIBUS
PRAEFECTIS REI PUBLICAE
FAVENTINAE.

JOHANNES-BENEDICTUS MITTARELLI
ABBAS CAMALDULENSIS.

SErius in mentem meam venit, NOBILISSIMI ET PRAESTANTISSIMI VIRI, de Faventinorum Literatura verba facere, ſyllabumque conficere Civium illorum, qui conſiliis, doctrina, literis clari fuere, ur-

a ii bem-

Digitized by Google

bemque veſtram non ſolum , ſed Italiam totam illuſtrarunt . Id ſi menti occurriſſet tribus ab hinc annis , cum Acceſſiones Hiſtoricas Faventinas ad Scriptores Rerum Italicarum Cl. Muratorii pro modulo meo edendas curavi , is erat optimus locus texendi ſeriem Scriptorum illuſtriumque Virorum , qui in civitate veſtra nati , alti , moramque trahentes, elegantibus & utilibus operibus nomen magnum ſibi, ceteriſque civibus ſuis fecerunt; multis enim Indicibus Chronologicis , quos eo temporis utcumque conſarcinavi, Virorum ſcilicet, tum Sacratorum, tum Rei publicæ Præfectorum, tum Armis ac Dignitatibus illuſtrium, pronum erat, & opportune oblatum, addere Indicem alterum inſignium Virorum , qui & Juris Civilis ac Canonici peritia, & Philoſophiæ ac Medicinæ præſtantia, & bonarum Artium ac Literarum elegantia, demum omnis Philologiæ copia ex vobis & in vobis prodierunt; ea ferme ratione , qua non ante multos annos religioſus & eruditus civis veſter Indicem , immo Vitas collegit Hominum Pietate & Sanctitate conſpicuorum . Sed quod ea occaſione, alia tunc cogitans, præſtare omiſi, nunc in præſentiarum cum fœnore videor mihi poſſe præſtare. Siquidem contigit, ut dum his poſtremis annis MSS. Codicum hujus mei Monaſterii S. Michaelis de Muriano Venetiarum copioſam ſuppellectilem diurna nocturnaque manu verſo , eoſque notis & animadverſionibus adornare contendo (quam elucubrationem, Deo favente votis meis, propediem in lucem venturam confido) magnam mihi neceſſum fuerit librorum ſtruem volutare, Bibliographos quotquot ad manum habui , conſulere , Catalogos inſpicere , Elenchos Scriptorum & Auctorum oculis percurrere ; dataque ea provida opportunitate , plures reperire , qui ornamento huic & illi , multiſque Italiæ civitatibus forent; inter quos eos ſtatim mihi præcepi ſeponere Viros & Scriptores excellentes, qui in aliquo doctrinæ genere, monumentoque aliquo glorioſo ad Faventinam urbem quomodocumque facerent . Res ad votum ceſſit; Faventinoſque Viros claros, doctos & ſcriptores, hos, quos videtis , in hoc parvo volumine complexus ſum, alphabetico ordine diſpoſitos , unoque conſpectu Vobis , AMPLISSIMI PATRES , exhibeo , tum eos, qui longe ante ætatem veſtram, ornamentum Literis attulerunt , tum qui temporibus Avorum & Patrum Veſtrorum floruere, tum denique eos, qui adhuc ſuperſtites veſtigia Majorum ſuorum laudabiliter perſequuntur . Illud unum mihi condonari poſtulo , ut ſi paucos (quod præfidenter exiſtimo) quos proxima tempora tulerunt, ſive quos tempora veſtra viventes ferunt , in ſeriem hanc non redegerim , vel opera eorum aliqua non

recen-

Digitized by Google

recenſuerim, id non oſcitantiæ aut indiligentiæ meæ, & minus haud recto vel obliquo animo referatur, ſed inſcitiæ, eique ſoli cauſæ, quod ad cognitionem meam non venerint, unice deputetur.

Faventinorum porro nomine fas mihi duxi, non eos tantummodo recenſere, qui in urbe veſtra Faventia natale ſolum habuere; verum etiam eos, qui ortum ſuum traxerunt in regionibus, oppidis, caſtris locisque veſtris, in tota nimirum Faventina Provincia, quæ latis quam & longis finibus deſcribatur, quantumve, & nunc, & multo magis elapſis ſeculis limites ſuos protenderit, nullus eſt, qui neſciat. Sanctagathenſes itaque, Balneocaballenſes, Braſichellenſes, Cotiniolenſes, Fuſinianenſes, Maradienſes, Mutilianenſes, Ruſſienſes, Solarolenſes, Tredotienſes in unum cenſum redegi; hi enim omnes a principe urbe veſtra Faventini jure ſuo penes omnes audiunt; cunctiſque Bibliographis, quos conſului, id uſui venire comperii, ut oppidanos circumfuſoſque ad principalem locum pertinere arbitrentur. At ſi ii qui tam in urbe, quam qui in circumpoſitis locis natale ſolum ſortiti ſunt, Faventini jure ſuo dicuntur, quid dicendum de illis, qui licet ſub alio cœlo nati, longum tamen & honorificum domicilium in urbe veſtra habuerunt? De iis præſertim, qui Eccleſiaſticis dignitatibus aucti, ad Epiſcopalia ſacra munera deſtinati, vel Canonicorum honorabili cœtui addicti, aliquid ſcriptis & literis tradiderunt? De iis quoque, qui Cives veſtros egregiis diſciplinis imbuerunt, apertiſque palæſtris juventutem veſtram formarunt in artibus & in ſcientiis? Civitaſne veſtra deneganda eis erit? Minime gentium. Eos proinde computare in hac Scriptorum ſylloge æquum opportunumque cenſui.

Si vero a me requiritis, SAPIENTISSIMI PATRES, quo potiſſimum Studiorum generi operam dederint anteactis temporibus Cives veſtri, breviſſime dicam. Juriſprudentia & Medica facultas primas tulerunt. Johannes-antonius Flaminius, ortus ex patre Cotiniolenſe, atque proinde veſter, ſed multo plus veſter ſtudio & amore, in epiſtola de Laudibus Faventiæ ad Antonium Puccium S. R. E. Cardinalem, quam etiam exſcribere, & in hanc collectionem meam derivare fere totam placuit, longum cenſum facit celebrium Juriſconſultorum & egregiorum Medicorum Faventinæ urbis; neque miror. Proxima Faventia Almæ Studiorum Matri Bononiæ, quæ Juris utriuſque ac Medicinæ fuit primaria ſedes, vel cives ſuos in ea Univerſitate edoctos ſuſcipiebat, vel æmula cives intra domeſticos lares alebat, iiſdem propemodum ſtudiis vacantes. Neque dubito, quin inſignes illi Viri, Judices Juriſque periti, quos Majores Veſtri merito Sapientes nomi-

nominarunt, quorumque copioſiſſima enumeratio ſit in Hiſtoriis patriis, & in veteribus paginis veſtris, viri non fuerint omnis Literaturæ quidem genere præditi, ſed præſertim Conſultiſſimi juris, licet ingenii & operum ipſorum monumenta nulla noſtris his diebus ſuperſint. In his referre libet, ordine temporum, Petrum Rainerii cognomento Teſſerocondum Judicem Faventinum anno 1032. Ugarum Cimamellum Legiſperitum & Cauſidicum circa annum 1063. Albertum Pezonis Judicem, Widonem Rainerii de Saſſo Bononiæ Poteſtatem anno 1153. Bernardinum Cauſidicum, Petrum Punzittum & Aureum Imperialis Aulæ Judices, Bernardum & Hugolinum de Azone Sapientes, qui congreſſui Pacis Conſtantiæ ſub Friderico I. Œnobardo anno 1183. interfuerunt, delegati ab urbe Veſtra, Martinum, Albertinum, Rainerium, Vivianum Sapientes, Petrum Cauſidicum, Timideum Legiſperitum, Uguiccionem de Guelfo, Ubertinum, Matthæum Capironis, Perticonum, Albertum, Georgium Viviani, Thebaldum, Notevolbium, Nicolaum, Guillielmum, alterum Aureum, Thomam, Nicolaum Abbatem S. Juliani de Arimino, Ragnum & Johannem, Puntium, Venturam, Peppum, Girardum Arcolanum, & Thebaldum Sapientes, Guidonem de Sugeria legum Doctorem, Ugolinum de Medicis Judicem, Galienum, Ugolinum de Saſſo, Thedericum, Bellottum & Guidonem de Salutare, Andream de Pritellis Juriſperitos, & ſexcentos alios appellatos Judices, Conſules, Scholaſticos & Tabelliones, ex quibus aliquot alii, præter nominatos, leguntur in charta Eutichii Epiſcopi Faventini ad annum 1045. alii ad annum 1069. in pagina Widonis Comitis de Faventia. Neque deerant inter eccleſiæ Veſtræ Sacratos viros, qui ſingulari doctrina excellerent, ut præter eos, quos Catalogus noſter exhibet, teſtis omni exceptione major, vel a remotioribus ſeculis, eſt S. Petrus Damiani, qui in epiſtola X. libri V. Faventinos veſtros Clericos appellat LITERATOS, INDUSTRIOS ET PRUDENTES. Videatur & epiſtola ſequens, de canonica graviſſima controverſia agens, ad Clericos Faventinos V. & P.

Quoniam vero inſignis vetuſtas & injuria temporum invidit nobis, quæ forte obvia erant ſuperiori ætati, licebit mihi ea ſaltem proferre in lucem, quæ ſequioribus ſeculis, neque tantum a noſtra remota ſunt ætate, neque id detrimenti tulere. Quapropter ut Faventinæ Literaturæ ſplendorem in oculis ponam, in medium adduco quæcumque reperta a me fuere, ad ipſam ſpectantia, in Bibliothecis, Catalogis, Elenchis, Indicibus, Pinacothecis, in horumque operum Collectoribus, undequaque quodammodo corraſa; quin immo frequentius ipſiſſi-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ipſiſſima eorum verba mea facio, in Geſnero nimirum, Poſſevino, Caveo, Fabritio, Marcheſio, Mazzuchellio, Jano Nicio Erythreo, Sartio, Coleto; in Albertio quoque & Eccardio quoad ſcriptores Ordinis Prædicatorum; in Wadingo, Franchino, Bernardo quoad Concellitas omnium Ordinum S. Franciſci; in Gianio ejuſque continuatoribus quoad alumnos Ordinis Servorum; demum in Tonduccio, Cavina, Magnano veſtratibus Scriptoribus.

Aequi igitur bonique conſulite, PATRES SAPIENTISSIMI, neque rationem meam improbare velitis; exiſtimavi enim benemereri de Literis veſtris, ſi diligenti multaque cura in hoc incumberem, ut, quoad veteres egregios Cives Veſtros, ipſorum ſcripta, vel ſaltem nomina e ſquallore & tenebris in apertam lucem darem, quatenus inſignes illi viri atque immortalitate digni omni honore & plauſu non fraudentur; quoad recentiores vero, ut hos Majorum ſuorum exempla ad imitationem ſequutos eſſe demonſtrarem; Multorum ſiquidem Veterum opera, quorum mentionem facio in hac Collectione, ad hodiernam diem commendabilia judicantur, & cum honorificentia excipiuntur & ſuſpiciuntur; ſua quoque laus non deeſt poſteriori ætati, ne quid dicam de viventibus, quos impellunt ad recte docteque ſcribendum, tum inſtituta eorum Patrum, tum ſingularia eorum ingena perfectioni inhiantia.

Minuſcula aliqua, neque tanti facienda quidem reperientur in hoc opuſculo; verum ut animadvertit Cl. Fabritius in Bibliothecæ Græcæ Tomo II. pag. 681. „ debemus nos etiam iis plurimum, qui epigrammata, quaſi „ disjecta membra, collegerunt in unum corpus. Cum „ enim opera hæc tam parva, mole non ſatis ſua ſe tueantur, neque ſponte, ut grandiores libri conſiſtant, neceſſe omnino eſt, ut facile elabantur e manibus, ſpargantur paſſim, deliteſcant atque obſoleſcant in angulis, vel prorſus negligantur, niſi periculo jacturæ eorum ſubveniat alicujus diligentia & ſedulitas. “

Atque hæc, ut rationem reddam mei laboris, quidve præſtiterim. Dum autem mecum in animo conſidero, cui potiſſimum exiguam opellam conſecrem, non poſſum committere, quin Vobis, NOBILISSIMI ET SPECTATISSIMI PATRES, eam inſcribam, quibus alteram de Acceſſionibus Hiſtoricis Faventinis, ſumma humanitate exceptam, nuncupavi. Tum etiam dignitatem opuſculo meo adjectam puto, ſi iis offeram, qui de eo recte ſcienterque judicare valent. Accedit meum conſilium illud (quod ingenue fateor) ut ſalivam moveam, aureſque vellicem Faventinorum veſtrorum civium, quibus utpote indigenis tum ſuperaddere, tum emendare ex pa-

triis

Digitized by Google

triis Bibliothecis fas moduſque erit informem imperfectamque collectionem meam, auctores, ſcriptores, notitiaſque ſupplendo, quæ hominem alienigenam imperitumque, qui ego ſum, fugere facile potuerunt.

Sed tempus eſt vaſa conclamandi; juvat colophonem imponere huic epiſtolæ verbis & votis, quæ adhibuit, auguratuſque eſt ducentis octuaginta duobus ab hinc annis, hoc eſt die xxiv. Octobris anni 1493. Petrus Delphinus Patricius Venetus, poſtremuſque ex perpetuis Abbas Generalis Camaldulenſis, in epiſtola centeſima libri II. Partis II. ad Galeottum Abbatem SS. Hippolyti & Laurentii urbis veſtræ, quæ inedita proſtat in Codice noſtro num. 723. Verba ipſa uncialibus literis exſcribo, & ex pectore profero: FUIT, inquit, MIHI SEMPER CORDI FAVENTINUS POPULUS, UTPOTE QUI PECULIARI QUADAM DEVOTIONE CAMALDULENSEM ORDINEM HACTENUS FUERIT PROSEQUUTUS, ET EA PRAESETULIT PIETATIS ET FIDEI ERGA RELIGIONEM NOSTRAM TESTIMONIA ET ARGUMENTA, UT ILLI QUAMMAXIME DEBEAMUS, NEQUE EI REFERENDAE CONDIGNAE GRATIAE NOBIS RELICTUS EST LOCUS. RETRIBUAT DOMINUS UNIVERSO COETUI ILLI, UT EIS SEMPER OPTATA CONTINGANT.

Dabam ex Bibliotheca Abbatiæ S. Michaelis de Muriano Venetiarum, Kalendis januarii Anni Jubilæi M. DCCLXXV.

D E

Digitized by Google

DE LITERATURA FAVENTINORUM

SIVE

DE SCRIPTORIBUS DOCTISQUE VIRIS FAVENTINIS.

ACADEMIÆ, quæ variis temporibus inſtitutæ floruerunt & florent in urbe Faventina . Athenophilorum . Vide *degli Atenofili* , *Teſettini Nicolaus* . Illa, quæ vulgo *Cavallereſca*, ſeu Remotorum appellatur. Vide *dei Remoti*. Academia, quam vocabant *dei Filodici*. Vide *dei Filodici*. Philoponorum . Vide *dei Filoponi* . Incitatorum . Vide *degl' Incitati* . Academia , ſeu Colonia Arcadica, dicta Lamonia. Vide *Lamonia Colonia* . Academia nominata *degli Smarriti*. Vide *degli Smarriti Accademia* .

ACCARISIIS (*de*) Rolandinus Faventinus Canonicus , ac etiam Romanenſis appellatus . Recenſetur inter Scholares Studii Bononienſis ad annum 1281. apud Sartium Abbatem Camaldulenſem , ex codicibus Memorialium archivi publici Bononienſis , in Appendice ad paginam 243. inſignis operis de Claris Profeſſoribus Gymnaſii Bononienſis. In tabulario Capitulari Canonicorum Faventiæ nomen Rolandini Canonici Diaconi ſanctæ Faventinæ Eccleſiæ legitur ad annos 1269. & 1270. Ad annum 1286. examinator erat ſub Viviano Epiſcopo Faventino . Videantur Acceſſiones Faventinæ Coll. 506. & 517.

ÆGIDIUS judex Faventinus. Laudatur ſequentibus inconditis verſibus ad ſeculum XIII. a Thomaxio judice & poeta Faventino ejuſdem ſeculi ; apud Cantinellium in Chronico ad annum 1278. col. 241. earumdem Acceſſionum Hiſtoricarum Faventiæ.

„ Egidius judex parvus, ſed pectore largus
„ Magnis conſiliis, animi quoque viribus
„ Argus,
„ Eloquio juris nectar ſapit, affert odores,
„ Quam valent ferri reſeſt fecundior hore .

Liter. Favent.

A ÆMILIANUS Æmilianus Faventinus Patritius, & Archipresbyter eccleſiæ S. Stephani Cotiniolæ, inter Paſtores Arcades Coloniæ Lamoniæ Archidamus Achelianus , inter Incitatos *l' Incaminato* . Natus die XXI. februarii anni 1682. vigeſimo octavo ætatis ſuæ anno Archipresbyterali dignitate dictæ inſignis Collegiatæ fuit inſignitus . Vivere deſiit XXVII. novembris anni 1714. Funus ipſius celebratum fuit ab Academicis Philoponis , recitatione plurium elogiorum , tum ſoluta , tum ligata oratione anno ſequenti . Vide *dei Filoponi* . Italica epigrammata Æmiliani leguntur in collectione Gobbiana T. III. pag. 54. editionis Bononienſis primæ , & T. IV.
B pag. 106. ſecundæ editionis ſimiliter Bononienſis ; multo plura aſſervantur in regeſtis Academicorum Philoponorum . Creſcimbenius Tomo IV. pag. 263. *Storia della Volgar Poeſia* ſpecimen ipſorum exhibet ; additque Æmilianum propoſuiſſe ſibi, carmen lyricum, vulgo *Canzoniere*, conficere in laudem beatiſſimæ Virginis Mariæ . Servatur Cotiniolæ epiſtola P. Johannis Columbani S. J. ad doctorem Lucam Silvanum, quæ diſtinctam continet narrationem vitæ & obitus hujus pii & docti viri . Vide Romualdum Magnanum *P. I. Vite de SS. e BB. Faentini pag.* 400. & Joannem Marangonium in Theſauro Parochorum T. II. lib. III. cap. 1. qui ex pietate & ex
C doctrina celebravit Æmilianum , vitaque longiore dignum judicavit .

ÆMILIANUS Jacobus - philippus Faventinus . Accenſetur Laureatis Doctoribus Ferrarienſis Collegii ad annum 1695. a Borſetto in Hiſtoria Almi Gymnaſii Ferrarienſis T. II. pag. 486.

ÆMILIANUS Ludovicus Faventinæ eccleſiæ Canonicus , qui , „ cum juris utriuſque

„ ſcientia eſſet clarus, diu Romæ magna cum laude cauſas egit." Effertur eo elogio inter doctos viros Faventinos a Johanne-antonio Flaminio, quos perſtrictim quidem ille enumerat in epiſtola ad S. R. E. Cardinalem Antonium Puccium, inſcripta: *De Laudibus Faventiæ*, cujus honorifica teſtimonia ſæpe ſæpius afferemus in præſenti doctorum virorum Faventinorum catalogo, præſertim cum eos recenſeat, qui ſuo tempore, vel paulo ante ætatem ſuam Faventiæ floruere, optime ſibi cognitos, vel de facie, vel ex relatione aliorum, vel ex eorum ſcriptis.

ÆMILIANUS Pompejus, „ qui diu publice Medicinam docuit & exercuit," Locum habet inter celebres urbis Faventiæ Medicos in eadem Flaminii epiſtola. Æmiliana familia inter veteres Faventinas celebratur. Millianus Johannis Milliani & Gaſdia ejus ſoror leguntur in charta anni 1220. tabularii S. Mariæ foris portam faſc. v. Millianus Milliani pariter ad annum 1240. faſc. x. Millianus presbyter S. Vitalis de Faventia ad annum 1256. in archivo Capitulari. Omittimus inter recentes, Æmilianum Æmiliani ex noſtris Camaldulenſibus, celebrem Muſices theoricæ magiſtrum.

AGGUZONIBUS, vel Aguccionibus (*de*) Franciſcus, Urbinas natali ſolo, ſed electus Epiſcopus Faventinus. Ipſius primam memoriam reperimus Tomo II. Theſauri Novi Anecdotorum Edmundi Martene col. 1083. ex ms. collegii S. Hieronymi de Dola, ad annum 1378., quo nuntius Urbani VI. Romani Pontificis miſſus eſt ad Johannem Regem Caſtellæ & Legionis. Leguntur itaque in ea collectione: „ Allegationes Franciſci electi Faventini factæ coram dicto Rege ex parte Pontificis, decem & ſeptem veritatibus probando, electionem Bartholomæi de Prignano S. R. E. Cardinalis & Archiepiſcopi Barenſis ad Pontificatum Romanum, ſub nomine Urbani VI. fuiſſe legitimam; e contra illegitimam alteram electionem Cardinalis Gebennenſis ſub nomine Clementis VII." Adhibitus fuit Franciſcus in pluribus aliis Apoſtolicis legationibus, atque proinde nunquam permiſſus fuit adire eccleſiam ſuam Faventinam, quam adminiſtravit ope Vicariorum, & præſertim Gerardi a Gatheo Abbatis SS. Hippolyti & Laurentii de Faventia, ut colligitur ex collationibus plurium beneficiorum. Procurator quoque ipſius fuit quidam ſer Jacobus de Urbino ad annum 1380. ſub quo dumtaxat anno Tonduccius pag. 442. ſuæ Hiſtoriæ Faventinæ primum hujus Epiſcopi monumentum in medium adducit. Anno 1384. Franciſcus jam ſe abdicaverat ab Eccleſia Faventina, ſuccedente illi Angelo Ricaſolo Florentino; translatus vero fuit poſtea ad Beneventanam, inde etiam ad Burdegalenſem eccleſiam, ut eo propior eſſet pro exequendis Pontificiis mandatis, & demum purpura Cardinalitia decoratus fuit ab Innocentio VII. Deceſſit anno 1412. vir profecto æterna memoria dignus. Johannes autem Caſtellæ & Legionis rex defunctus eſt anno 1379.

ALBERGHI Alexander Faventinus, Magiſter nunc eloquentiæ in Seminario Ravennate. *Canto per la ſolenne conſegrazione di dieci monache Camaldoleſi dell' O. di S. Benedetto nel monaſtero di S. Maglorio di Faenza fatta l' anno 1769. In Faenza 1769. in 4.* Auditor fuit Hieronymi Ferrii, excellitque tum in Eloquentiæ, tum in Poetices facultatibus.

ALBERICI Hieronymus. „ Braſichellæ natus anno 1535. deceſſit anno 1590. quinquageſimoquinto ætatis ſuæ anno. Ejus epitaphium viſitur Romæ in eccleſia SS. XII. Apoſtolorum in hæc verba:

Hieronimo Albericio Briſighellenſi Min. Conv. Viro pietate, morum integritate, atque omnium ſcientiarum genere ornatiſſimo, concionatori celeberrimo, quem Bononiæ Provincialatu maxima cum laude functum, cum Sixtus V. pont. max. S. Bonaventuræ collegio præfeciſſet, in ipſo virtutum & gloriæ curſu mors, magno Franciſcanæ familiæ luctu & jactura, eripuit anno ætatis ſuæ LV. Fr. Baptiſta a Caſali-majori comes individuus perpetuæ benevolentiæ & pietatis ergo. Obiit anno Dom. M.D.LXXXX. die XXVI. aprilis."

„ Edidit *Del Giubileo, materia Theologica Iſtorica e Morale. In Roma l' anno 1576. dedicato a Girolama Colonna duchessa di Monte leone.*" Hæc habet Johannes Franchini Mutinenſis ex eodem O. FF. Min. Conv. in Biblioſophia, impreſſa Mutinæ anno 1693. in 4. ad pag. 342. Poſſevinus quoque T. II. Apparatus Sacri pag. 29. „ Hieronymus Briſichellenſis, inquit, O. Min. edidit concionem egregiam ſermone patrio de vero Jubilæi anno; vivebat anno 1580." De Hieronymo mentionem facit etiam Mazzuchellius pag. 287.

ALBERTUS Archipresbyter S. Proculi Faventiæ. Scholaribus Studii Bononienſis accenſetur ad annum 1293. ex Codd. Memor. arch. Bonon., apud Sartium in Append. pag. 250. Archipresbyteralis eccleſia S. Proculi duobus milliaribus abeſt ſuper viam, quæ Bononiam ducit, a Faventia, extra portam Imolenſem dictam.

ALBICELLIS (*de*) Papinianus celebris Juriſconſultus Faventinus. Memoratur ab Alexandro Zuccolio in epiſtola ad Gregorium filium anno 1488. Anno ſequenti exiſtebat in magiſtratu in urbe Senarum. Extat ad Papinianum Petri Delphini Abbatis generalis Camaldulenſis epiſtola LIV. libri VII. ex editis, ſcripta die XXV. januarii anni 1503. quo tempore concredita fuerat ipſi Papiniano adminiſtratio Faventini magni hoſpitalis S. Mariæ de Miſericordia, ſive Domus Dei, nunc appellati Expoſitorum, in quo etiam locum honorificum ſepulturæ habuit cum elogio.

ALBICELLIS (*de*) Zanzinus, & ejus filius Papinianus. Cum laude celebrantur a Johanne-antonio Flaminio inter egregios Juriſconſultos in epiſtola ſuperius indicata.

ALDOBRANDINUS Silveſter Florentinus Doctor. Inſignem hunc virum jure merito inter literatos Faventinos promereri locum in hoc ſyllabo exiſtimamus, quia in ſuis Allegationibus ſe ſubſcribebat: *Silveſter Aldobrandinus, ad præſens civis & advocatus Faventinus*; eo nimirum toto tempore, quo exſul a patria Florentia, cum omni familia ſua in urbem Faventiam

anno

anno 1531. ſe receperat, donec Romam vocatus a Clemente VII. ibidem ingenii ſui illuſtria monumenta reliquit, quæ conſulto numerare omittimus. Pater fuit Clementis VIII. beneficentiſſimi Principis & Protectoris urbis Faventiæ. Vide publicas inſcriptiones huic Summo Pontifici erectas a Senatu Populoque Faventino, dum redux ex glorioſa Ferrarienſi expeditione Faventiam pertranſiit anno 1598., apud Tonduccium, qui eas exſcripſit pag. 717. & ſeqq.

ALLEGRIS (*de*) Claudius, Joſephi filius, Balneocaballenſis, chirurgus in patria, in qua deceſſit anno 1706. Habetur ipſius ſequens diſſertatio:

Verità chirurgica nuovamente difeſa dalle offeſe del Signor Roberto Gabbiani Ceruſico della Maſſa Lombarda, dedicata al Conte Filippo Ercolani. In Parma per Alberto Pazzoni e Paolo Monti 1697. Ipſum affert inter Scriptores Balneocaballenſes Johannes-dominicus Coleti in libro: *Notizie iſtoriche della chieſa Arcipresbiterale di S. Pietro in Sylvis di Bagnacavallo* pag. 80. ad quam catalogum inſtituit Scriptorum ejus loci.

ALEXANDER a Faventia J. V. D. Ex hiſtoria almi gymnaſii Ferrarienſis Ferrantis Borſetti pag. 68. cujus viri notitiam ipſe hauſit ex Rotulo in Memoriali anni 1475. pag. 35.

AMATORIS Antonii Petrus, & Antonius Antonii Medici Faventini. Cum honore nominantur a Flaminio in epiſtola de Laudibus Faventiæ. Vide *de Spatis Petrus*; quæ familia olim vocabatur de Amatoris.

AMBROSIUS (*B.*) Traverſarius Abbas generalis Camaldulenſis. Vide *Traverſarius Ambroſius.*

AMICI Ludovicus a Faventia Philoſophus & Medicus. Ipſius eſt lucubratio ſequens: *Vera e reale deſcrizione di un parto moſtruoſo nato nella città di Verona li 7. Marzo 1655. nella quale s'intende la qualità sì interiore, come eſteriore, e l'Anatomia di eſſo fatta dal ſopradetto Amici, data in luce ad iſtanza di Franceſco Paſſarini padre del moſtro. In Livorno per il Buonfigli in 4.*

AMICI Perinus. Hunc adjungit ceteris præſtantibus Juriſconſultis Faventinis Flaminius.

ANDREAS Faventinus J. V. D. Abbas generalis Camaldulenſis electus anno 1391. qui mortem oppetiit anno 1408. Ipſius Acta & Decreta leguntur in Annalibus Camaldulenſibus Tom. *VI.* intra eos annos, quibus eo munere functus eſt in Ordine.

ANDREAS Faventinus. Ex priore Monaſterii S. Mathiæ de Muriano Venetiarum Ordinis Camaldulenſis, electus Abbas archicœnobii Montis Caſini ab Urbano V. anno 1369. Ughellius, Lancellottus, Tonduccius pluresque alii Scriptores ipſum quidem Faventinum, ſed monachum faciunt Congregationis Montis-oliveti; verum inconcuſſa argumenta attulimus in noſtris Annalibus, tum Tomo VI. pag. 102. tum Tomo VIII. pag. 183. quibus evicimus Andream Faventinum fuiſſe monachum Camaldulenſem; præſertim attulimus teſtimonium Johannis tunc temporis Prioris generalis Camaldulenſis, qui Andreæ Priori

S. Johannis-baptiſtæ de Judaica Venetiarum hæc ſcribit die 11. februarii anni 1370. „ Cum Monaſterium S. Mathiæ de Muriano „ præſentialiter vacet per tranſlationem ven. „ fratris domni Andreæ, olim Prioris, ad „ Abbatiam Monaſterii Caſinenſis &c. “ alterumque produximus teſtimonium Anonymi ſcriptoris vitæ Urbani pp. V. ex editione Boſqueti: „ Memoratus Urbanus papa ..... ad „ eremum fratrum Camaldulenſium aſpectum „ habuit, in quo, quod optabat, adinvenit; „ virum videlicet, qui totus erat devotus, „ orationi & lectioni aſſidue deditus &c. “ Quæ porro egit, ſcripſit, & edidit in reparationem monaſticæ diſciplinæ, & recuperationem bonorum in eodem Caſinenſi Cœnobio Andreas, fuſe deſcripſimus in iiſdem Annalibus Tomo VI. eodem & ſequentibus annis. Pie ad Deum tranſiit anno 1373. Vide Gattolam in Hiſtoria Cœnobii Caſinenſis.

ANDREAS de Faventia Prior generalis Ordinis Servorum beatæ Mariæ. Vitam cum morte commutavit anno 1396. Ipſius epitaphium ſepulcrale & elogium refertur in Annalibus ejuſdem Ordinis, concinnatis ab Archangelo Gianio, ab Aloyſio-maria Garbio, & a Placido Maria Bonfrizerio pag. 359. tomi primi. Factus fuit Andreas Prior generalis anno 1374. pag. 331. Bibliothecam S. Marcelli de Urbe erexit, pag. 345. Studia in Ordine reformavit; pag. 353. Super tumulum ipſius leguntur hi verſus:

„ Dum generalis eram toto notiſsime paſtor
„ Orbe, replens vacuas divino dogmate gentes
„ Andreas, exemplar venturis gentibus almum
„ Ordo bis undenos cepit miranda per annos
„ Crementa eccleſie . . . .
„ Mille quadringentis, ſetractis quatuor annis

Jure meritò itaque, & ob concionatoriam profeſſionem, & ob reſtaurata in Ordine Servorum ſtudia, & ob erectam in principaliori Urbis Cœnobio Bibliothecam, inter celebres & doctos viros Faventinos eſt cooptandus.

ANDREAS de Faventia O. M. Capuccinorum. Vide *Bovius*.

ANGELUS frater eremita. Vide *Fabroni Hiacyntha*.

ANONIMUS continuator Chronici Toloſani ab anno 1219. ad annum 1236. Ext. in Acceſs. Hiſtor. Favent. poſt Chronicon Toloſani. Putatur fuiſſe Canonicus eccleſiæ Faventinæ, ut erat Toloſanus.

ANONYMUS ſcriptor vitæ S. Nevoloni. Reperitur hæc vita in matricula Societatis Calceolariorum Faventiæ in veteri codice, una cum Statutis ejuſdem Societatis editis ante annum 1330. Extat etiam in archivo ſeu Bibliotheca Magiſtratus, & teſte Magnano Tom. I. de SS. & BB. Favent. pag. 126. extabat inter mſs. codices Pauli Paſii. Ad Deum tranſiit Nevolonus anno 1280. Vide Cantinellii Chronicon.

ANONYMUS ſcriptor ſeculi xv. Patrio ſermone deſcripſit populi tumultum, & expulſionem a dominatu Faventiæ Caroli Manfredi principis anno 1477. Reperiebatur inter inſtrumenta Nicolai Caſalii Faventini notarii; quod aſſerit

Tonduccius, vel Petrus-maria Cavina in continuatione Hiſtoriæ Tonducii pag. 509. ad eum annum.

ANTONIUS Medicus Faventinus. „ Aphoriſmos Hippocratis carmine reddidit. “ Ita Geſnerus in elencho Scriptorum pag. 70. & Paſchalis Gallus in Bibliotheca Medica pag. 34. Fabritius quoque. Credimus venire Antonium Cittadinium inſignem Philoſophum & Medicum Faventinum, qui a Flaminio dicitur complexus fuiſſe verſibus Aphoriſmos Hippocratis, immo id exploratum judicamus. Vide *Cittadinius Antonius*.

ANTONIUS de Mutiliana. „ Sapiens & „ licentiatus in jure civili, & procurator „ Aſtorgii I. de Manfredis “ nominatur ad annum 1401. in concordio ejuſdem Principis, pro reſtitutione Caſtri Solaroli, aliorumque Caſtrorum, Communi Bononienſi. In Mantiſſa chartarum Bononienſium, quas publici juris fecimus in Acceſſionibus hiſtoricis Faventinis pag. 634. per extenſum legitur ipſum concordium.

ANTONIUS Poeta Faventinus, Epigramma Italicum habet in collectione Leonis Allatii pag. 31. & citato Allatio, apud Creſcimbenium tum Tomo I. pag. 20. tum Tomo V. pag. 3. *della Volgare Poeſia*. Forte fuit Antonius ex nobili familia Faventina Ubertella, & floruit tempore Aſtorgii I. de Manfredis & Franchi Sacchetti, circa finem nimirum Seculi XIV. & initia Seculi XV. quo tempore hi duo poſtremi vixere.

ARMELLINI, melius quam Armenini, ut infra dicemus, „ frater Hieronymus Fa-
„ ventiæ in Æmilia natus, & in patria Or-
„ dinem profeſſus (ſcilicet FF. Prædicatorum)
„ hincque relicto gentilitio nomine, Faven-
„ tinus de more deinceps dictus, ſub initio
„ ſeculi XVI. claruit, Fidei generalis Mantuæ
„ Inquiſitor, & inter ſacri Tribunalis cenſo-
„ res laudatus ab Alberto Leandro fol. 149.
„ ubi ſic de eo: *Hieronymus Faventinus ille*
„ *eſt, cujus induſtria hæreſis noviter ſuperio*
„ *ribus annis in civitate Mantuana exorta,*
„ *quæ aſſerebat, Chriſtum fuiſſe circa cor bea-*
„ *tæ Mariæ Virginis ex tribus guttulis ſan-*
„ *guinis conceptum, & non in utero, prout*
„ *alii, extincta fuit juſſu Julii II. Pont. Max.*
„ *& damnata; & anno elapſo victoriam de*
„ *quodam male de Fide ſentiente in Curia Ro*
„ *mana reportavit*. Quæ Leander ſcribebat
„ anno M.D.XVI. unde victoriam hanc poſte-
„ riorem anno M.D.XV. reportatam indicat.
„ Illam autem non dubito, quin ea ſit, de
„ qua loquitur Sixtus Senenſis in Bibliothecæ
„ Sanctæ libro V. adnotatione 81. ad illa ver
„ ba Geneſis VII. verſu XI. Cataractæ cœli
„ apertæ ſunt &c. *Hanc opinionem*, inquit
„ Sixtus, *ſcilicet cataclyſmum & diluvium*
„ *ætatis Noe ex ſyderum conjunctione per*
„ *aſtrologicam artem præſciri facile potuiſſe,*
„ *annis ab hinc quadraginta a Tiberio Cala-*
„ *bro philoſopho in diſputationibus publicis pro-*
„ *poſitam, & ſcriptis quoque defenſam, Hie-*
„ *ronymus Armellinus Dominicanus, edito*
„ *particulari adverſus eum volumine confuta*
„ *vit, ac tanquam hæreticam damnavit*. Ubi
„ annos quadraginta a Sixto notatos, non ad
„ unguem accipias, ſed circumcirca, ita ut
„ ad annum a *Leandro* allatum facile perve-
„ nias: vel, ſi malis, dicas, quod reipſa eſt,
„ Tiberium hunc Calabrum, qui Ruſſilianus
„ Sextus dicebatur, primis Hieronymi noſtri
„ conatibus victum ſe non putaſſe, unde ſcri-
„ pſit Apologeticum adverſus Cucullatos; ſic
„ enim noſtros pingere illi placuit, in quo
„ ex quadringentis propoſitionibus, quas Bo-
„ noniæ, Florentiæ, Patavii publice docendas
„ ſuſceperat, duodecim, quas cum hæretico-
„ rum placitis affines Hieronymus noſter da-
„ mnaverat, defendere ſatagit, & præter ſu-
„ perius allatam ex Sixto Senenſi, hanc in-
„ ter alias, Chriſtum Dominum, quoad cor-
„ poris originem elementariam, in nativitatis
„ ejus momento ſequi debuerint, quæ in eo
„ viſa ſunt, & quod eſſet propheta magnus,
„ & præſertim violentum ejus mortis genus.
„ Itaque contra hoc Apologeticum ſtylum
„ exacuerit Hieronymus, & volumen a Sixto
„ Senenſe laudatum, ſedente *Leone X.* ſcri-
„ pſerit; Scio Tiberium a celebri Naudæo ſe-
„ culo ultimo elapſo excuſatum, ceu non
„ primum, qui iſtiuſmodi abſurda effutierit,
„ & Petrum Cardinalem de Alliaco ſeculo
„ ſolido ante Tiberium ex arte Genethliaca
„ ſchemma ſyderum in puncto nativitatis Chri-
„ ſti, quale ſibi finxit, delineaſſe; hincque
„ omnia ab eo geſta, & ab eo tolerata eve-
„ nire debuiſſe, conatum oſtendere; at ſcio in
„ hoc etiam non laudatum Alliacum, immo
„ artem Genethliacam & ab Auguſtino & ab
„ omnibus philoſophis veris ceu vanam &
„ inanem quoad omnes irrideri, & ſpeciatim
„ quoad Chriſtum Dominum, ut expreſſis Sa-
„ cræ Scripturæ verbis adverſam, longius ex-
„ plodi. Ad quem annum pervenerit Hiero-
„ nymus noſter, non conveniunt noſtrates.
„ Pius refert ad annum 1579. Fontana non
„ ſibi conſtat; nam, quem in Theatro Inqui-
„ ſitorem Mantuæ poſuerat ad annum 1511.
„ eum in Monumentis Inquiſitorum Faventiæ
„ collocat ad annum 1580. Rectius Altamu-
„ ra ad annum 1535. & Rovetta ad annum
„ 1534. collocant, quem annum attingere
„ potuit. Nos ad tempora Julii II. & Leo-
„ nis X. quibus potiſſimum floruit, laudan-
„ dum duximus. Scripſit volumen adverſus
„ Tiberium Ruſſilianum Sextum Calabrum
„ de Artis Aſtrologiæ falſitate; quod in Va-
„ ticana haud dubie ſervatum ms. vel etiam
„ typis editum credimus. Commentaria in li-
„ bros Ariſtotelis ei tribuunt Altamura &
„ Rovetta. “ Hæc totidem verbis de Hieronymo Armellino exſcripſimus ex Scriptoribus O. FF. Prædicatorum Jacobi Eccardi Tomo II. pag. 33. ad annum 1516. quem frequenter afferemus, cum de alumnis Faventinis ejus Ordinis verba faciemus. Re ipſa vera typis editum fuit Armellini opus Faventiæ per Johannem-mariam ex Simonettis Cremonenſem anno M.D.XXV. die XII. menſis maji, Clemente VII. Petri naviculam feliciter gubernante, in 4. majori. Exiſtit ipſum apud Quarantinos Faventinos Patricios. Dicavit lucubrationem ſuam Armellinus ad reverendiſſimum P. & D. D. Nicolaum de Alemannis ex O. Prædicatorum Archiepiſcopum Capuanum digniſſimum. Numerantur in eo opere & confutantur plures hæreſes magiſtri Tiberii

laici

laici Calabri, qui poſt ſolemnem errorum abjurationem factam Florentiæ die XIII. junii anni 1519. iterum conabatur falſas & temerarias opiniones ſuas diffundere Parmæ, in qua urbe Inquiſitoris munere fungebatur Armellinus, necnon inhiabat obtinendæ cathedræ in univerſitate Piſana, favore Cardinalis Julii Medicei, poſtea Clementis VII. Armellinus Tiberium denuo in carceribus conſtituit, a quibus artem habuit Tiberius ſe liberandi. Ad calcem libri XII. legitur abjuratio, quæ incipit: „ *Petrus-andreas Gammarus Bononienſis J. V. D. reverendiſſimi P. D. D. Julii de Medicis miſeratione Divina tituli S. Laurentii in Damaſo Presbyteri Cardinalis, S. R. E. Vicecancellarii, & Archiepiſcopi Florentini, in Florentina eccleſia Vicarius in ſpiritualibus & temporalibus generalis. Univerſis &c.* Ceterum etiam Ptolomæum Lucenſem Epiſcopum Torcellanum in concione habita Mantuæ dixiſſe, Chriſtum non in utero Virginis, verum juxta cor ipſius ex tribus ſanguinis guttis conceptum fuiſſe, ex Roberto Gerio in Appendice ad Caveum ſcribit Fabritius T. VI. pag. 21. Bibl. Lat. Med. & Inf. Ætatis; contra quem ſcripſerit Baptiſta Mantuanus tractatum de parte corporis, in qua conceptus eſt Chriſtus, qui, ſubdit, inter opera Mantuani habetur. De Armellino verba facit etiam Poſſevinus pag. 29. T. II. Appar. Sacr., citato Sixto Senenſe, ubi de ejus opere hæc habet: „ Perneceſſarium opus contra Tiberienicum Apologeticum circa Chriſti actiones, mundi productionem, diluvium univerſale, hominum generationem, ſacramentum Euchariſtiæ, deſcenſum Chriſti ad inferos, ſcelerum æternam pœnam, eclypſes luminarium, Sanctiſſimam Trinitatem, Sanctorum auctoritatem, poſtremo Beatitudinem perpulcre inſanientem. “

Præter memoratum opus, in Codice 3899. Bibliothecæ Vaticanæ extat: Hieronymi Armellini *Eſpoſizione morale ſopra il Salmo*: „ Dixit Dominus Domino meo;“ quam nuncupavit Cardinali Hadriano, epiſtola data ex Viterbio die XV. novembris anni 1506. ut refert Mazzuchellius pag. 1105.

Ceterum Hieronymum fuiſſe ex familia Faventina Armellina vel Ermellina, potiuſquam Armenina, quæ & ipſa erat familia Faventina, præter plures ſcriptores, qui primum cognomen ei tribuunt, omni exceptione major teſtis eſt, qui eo ipſo tempore vivebat, Mariottus Carulus Faventinus; hic alloquens librum Hieronymi contra Tiberium: *Vade*, inquit *liber . . . , deque tui patris cognomine candidus eſto &c.* Fallitur Cavina, qui pro Hieronymo pag. 32. in Præludio ad Hiſtoriam Faventinam Tonduccii, nominat Antonium Armellinum.

ARMENINI Andreas Doctor Faventinus. *Panegirico in onore del Signor Cardinale Bernardino Spada, recitato in Faenza l'anno 1631. nel giorno di S. Agoſtino.* Memoratur hæc panegyrica oratio a Donato Milcettio pag. 22. *Lettere di vario ſtile.* Anno 1619. erat unus ex Antianis Urbis, & appellatur magnificus & excellens J. V. D.

ARMENINI Franciſcus. Inter Laureatos in S. Theologia ad annum 1648. aſſertur a Borſetto Tom. II. Gymn. Ferrar. pag. 484.

ARMENINI Johannes baptiſta. Floruit circa annum 1580. Edidit vero opus cum hoc titulo: *Dei veri precetti della Pittura libri tre, ne quali con bell'ordine d'utili e buoni avvertimenti, per chi deſidera in eſſa da farſi con preſenza eccellente, ſi dimoſtrano i modi principali del diſegnare e del dipingere, e di fare le Pitture, che ſi convengono alle condizioni de luoghi e delle perſone.* Impreſſum fuit hocce opus, primum Ravennæ anno 1587. & denuo Venetiis apud Franciſcum Salernum anno 1678. in 4. Poſſevinus capite XXV. *de Poeſi & Pictura*, hujus operis reddit rationem. Mazzucchellius quoque refert pag. 1105. De ſe vero iſta loquitur auctor in concluſione: *Se io in quei tempi, Nobili Giovani, quando mi diſpoſi per dar principio a queſte nuove regole, eſſi per me foſſero ſtati alquanto più piacevoli, & io mi foſſi trovato eſſere dall'avverſa fortuna meno oppreſſo, & dalla poca età, in che io era, io ſon certiſſimo, che con maggiori fondamenti, con più fermezza e perfezione riuſcite mi ſarebbono, ch'elle di preſente non ſono. Con ciò ſia coſa che io mi venni a traſferire in età di quindici anni allo ſtudio di Roma, nel quale dopo un tempo mi partii per le predette cauſe, e così me ne andai ſolo vagando quaſi per tutta Italia per ſpazio di nove anni, dopo i quali io fui coſtretto da chi mi potea diſporre, a mutar profeſſione & abito inſieme; nel fin del qual corſo a me parve di conoſcere per pruova la neceſſità delle deſcritte coſe; onde io ſpero che appo voi non ſolamente ſarò iſcuſato, ma e da maligni ancora difeſo &c.* Ceterum Armeninus judicium fert de omnibus præſtantibus Pictoribus, qui eouſque floruerant, deque eorum celebrioribus operibus, indicans, ubi exiſtant, eorum pulchritudinem & elegantiam laudans, errores detegens, imitationem ſuadens.

ASTORGIUS I. II. & III. de Manfredis. Vide *de Manfredis*.

ATTENDULUS Creſpolus Darius. Cotiniolenſem aliqui, Balneocaballenſem plures faciunt. Fontana volum. V. ſuæ Bibliothecæ Legalis Faventinum dicit. Craſſo errore fallitur Nicodemus, qui in Additionibus ad Bibliothecam Toppii, Neapolitanum exiſtimat. Quod autem revera a Balneocaballo fuerit, in qua ſententia eſt Mazzuchellius pag. 1211., & noviſſime adjunxit ſuo catalogo Scriptorum Balneocaballenſium Johannes Dominicus Coleti pag. 81. nullo potiore fundamento comprobatur, quam eo, quod ipſe Attendulus in opere ſuo mox memorando *del Duello*, quolibet initio uniuſcujuſque ex tribus libellis, in quos diſtribuitur opus, Balneocaballenſem ſe nominat. Ipſius progenitores Creſpoli e Barbiano Balneocaballum ſe tranſtulerunt, propter hæreditatem, quam inierunt multorum bonorum ab Attendulis Cotiniolæ; quare etiam veteri Creſpolorum nomini alterum Attendulorum nomen adjecere. Ronchegallus Gioldi, magiſter Darii in jure in urbe Ferrarienſi, ſcribens Petro Arretino, profluxiſſe ipſum aſſerit ab egregia familia Sfortiæ Attenduli Cotiniolenſis, additque, *Creſpolum eſſe*

virum

virum bonarum literarum , & a bonis omnibus eſſe optime viſum . Immo ipſe Darius in epiſtola nuncupatoria ſupradicti ſui operis in medium adducit Creſpolum , quem *arcbavum* ſuum appellat , & Olivum *biſavum* ſuum , qui militantes honorifice ſub magno Sfortia in regno Neapolis oppida poſſederunt , ſibi a Regibus Neapolitanis donata , nimirum Alianellum & Garaguſium poſita in Lucania , nunc Baſilicata . Narrat inſuper Olivum ſequutum fuiſſe Comitem Franciſcum filium Sfortiæ , eum , qui poſtea evaſit Mediolanenſium Dux . Militavit aliquando & ipſe Darius in Pedemontio ſub Principe Salerni exercitus ductore pro Carolo V. ut idem ipſe de ſe teſtatur . Hujus ergo Darii præcipuum opus eſt illud , quod inſcribitur : *Il Duello di M. Dario Attendolo Dottore di legge di Bagnacavallo , diviſo in tre libri , nei quali con ragioni legali & con eſempj d'Iſtoria ordinatamente ſi tratta , e ſi dichiara tutto quello , che appartiene a queſta materia . In Venezia per Franceſco Lorenzini da Turino* 1560. *in* 8. Alia editio eodem anno curata fuit per Giolitum , tertia anno 1564. quartam anno 1565. addit Fontaninius apud Apoſtolum Zenum T. II. in Adnotationibus ad Bibliothecam Fontaninianam pag. 368. Dicavit Darius tractatum ſuum Dominis Sfortiis , Carolo , Mario & Paulo Comitibus Sanctæ-floræ , fratribus Sfortiæ S. R. E. Cardinalis , & Alexandri . Lectio hujus operis interdicta fuit a ſacra Congregatione Indicis .

IDEM edidit : *Diſcorſo intorno all'onore , e al modo d'indurre le querele per ogni ſorte d'ingiuria alla pace . In Venezia* 1560. Nuncupavit autem tractatum hunc ſuum Petro Donato de Ceſis Epiſcopo Narnienſi .

Poeſi quoque operam dedit Darius . Habetur ſpecimen ejus verſuum in Collectaneis Molzæ poſt Nympham Tiberinam , inter electa carmina Poetarum Ferrarienſium pag. 73. Conſulantur Apoſtolus Zenus & Coletus paginis citatis .

ATENOFILI (*degli*) Accademia : Inſtituta fuit poſtremis his temporibus a Nicolao Toſettio Patritio Faventino . Vide *Toſettius Nicolaus* .

AURIFICIS (*de*) vel de Aurificibus , Paulus Patritius Faventinus . Sequens inſcriptio proſtat ſub ejus imagine cœlata anno 1659.

„ Paulo de Aurificis nobili Faventino , Scholaſticarum immunitatum aſſertori „ vigilantiſſimo , in quo Prudentia Nobilitati „ par , ætate ſuperior ; quippe delatos Gymnaſii „ faſces ea animi ſollertia rexit , ut magiſtratus virum oſtenderit . Literariæ etiam tranquillitatis auctori & vindici optimo , ſub „ quo nulla ferocientis juventæ ſeditio , nullos armorum tumultus Muſarum choris „ obſtrepuit , ut publico Academiæ hujus bono natum exiſtimes . Digno vel maxime , „ qui nunquam imperium deponeret , vel a „ quo ceteri regiminis artem addiſcant . Univerſus Aſclepiadarum cœtus Protectori „ meritiſſimo P. C. annis M. DC. LIX. “

Habetur etiam ipſius Pauli Ode vulgaris ante Hiſtoriam Tonduccii impreſſa . Vivebat adhuc anno 1683. quo in Academiam Concordium monaſterii Claſſis fuit cooptatus . Antiquius monumentum hujus familiæ reperimus in tabulario S. Mariæ foris portam faſc. XIII. ad annum 1422. quo nominatur *Paulus* quondam Benevenis Oreſici a Faventia , qui erat monachus Cœnobii S. Johannis-baptiſtæ de Acereta ; vivit hodie Epiſcopalibus infulis eccleſiæ Eugubinæ inſignitus Antiſtes Paulus , legali & canonica ſcientia conſultiſſimus , dotibus & ſingularibus meritis ſuis omnibus acceptiſſimus .

A

AZZALLI Johannes-antonius , olim Fredianus , Faventinus & Sarſinas Patritius , cujus majores ex Maſſa Lombarda . Is anno 1769. recudendas curavit Antiquitates Sarſinæ Philippi Antonini Sarſinatis , quas Faventiæ impreſſas , dicavit Paulo Burgheſio Aldobrandino Sarſinæ Domino , ſuperadditis pluribus antiquariis monumentis , & Appendice de rebus ſpectantibus ad eccleſiam Sarſinatem , ejuſque privilegiis ex veteribus chartis . Additiones tamen ſtudio & labori Andreæ Zannoni debentur . Vide *Zannoni Andreas* .

B

AZZALLI Marcus-antonius , inter Arcades Albantes Perſeanus . Vixit initio hujus ſeculi , & a Creſcimbenio nominatur inter Paſtores Coloniæ Lamoniæ primos . Fuit & Balthaſſar Azzalius in hoc ſeculo , qui verſos habet in aliqua collectione , una cum prædicto Marco antonio .

AZZURINIUS Bernardinus ſenior , tabellio & Civis Faventinus . Natus anno 1540. defunctus autem octuagenarius anno 1620. die XV. junii , Hiſtoriam patriam illuſtrare maxime ſollicitus , antiquitates omnes , vetera
C monumenta , inſcriptiones , ſed præſertim membranaceas & papyraceas chartas , ad rem Faventinam facientia omni vitæ ſuæ curriculo undequaque , tum ex publicis , tum ex privatis tabulariorum forulis , tam monaſteriorum , quam concivium ſuorum congeſſit , ad quorum fidem Adverſaria & Memorabilia conſcripſit , quæ poſt ejus obitum manu ipſius exarata adhuc conſervantur , & ex quibus profecere , quotquot Hiſtoriam Faventinam adornarunt , in primis Gregorius Zuccolus , Tonduccius , Cavina , Magnanus . „ Qua autem ratione „ quave via tot ad Faventiam urbem & ad
D „ Faventiæ urbis Dominos , quæ pertinerent , „ in poſſeſſionem privatam venerint , & unius „ facta ſint , quæ civitatis univerſæ videantur fuiſſe , inquirit Cl. V. Hieronymus „ Ferrius in epiſtola de tabulario Azzuriniano ; & dicit , quod a probatiſſimis hominibus accepit ; quod non unis iiſque incertis „ conjecturis niti quiſque vel ultro fatebitur , „ qui rem ſedulo velit indagare , attentiuſque „ perpendere . Fuit itaque , ſubdit , tempus , „ cum gravibus de cauſis , quas ut afferamus , „ locus hic non poſtulat , ad Manfredos ſpectantia , quo tutius cuſtodirentur , in divi
E „ Franciſci comportata ſunt , ibique loco fiduciario depoſita , & ne cui latebræ quid „ indicio eſſet , porta ipſa obſtructa pariete „ inducto . Quo nomine ad Azzurinium pervenerint , non eſt facile dictu . Illud certum , ſi non omnia , pleraque in Indicem „ Azzurinianum relata , prius a Gregorio „ Zuccolo , a Jacobo Viarana , & a ceteris „ Faventinis uſurpata fuiſſe , & in epitomem

„ re-

Digitized by Google

„ redacta , tanquam ſi eo in loco indicato
„ extarent , quæ eadem Bernardinus Azzu-
„ rinius in ſuis libris identidem citans &
„ deſcribens , modo domui ſuæ eſſe , modo
„ inter ſua cenſeri aperte profeſſus eſt . Ac-
„ cedit eo, quod Paulus Toſettius , qui re-
„ rum Faventinarum compendium ex Zuc-
„ coli hiſtoria reliquit , ea ipſa , de quibus
„ ſermo eſt, Manfrediana vocat, quæ ſi non
„ omnia ad unum inter Azzuriniana quis
„ forte reperiat , ſciat nonnulla (quod ex
„ publicis tabulis diſcimus) Romam miſſa
„ neque amplius reddita. Conſtat itaque illa
„ ipſiſſima eſſe, quæ cum apud antiquos hoſ-
„ pites amplius non diverſentur , dicendum
„ eſt, ſive precario, ſive pretio, ſive alio de-
„ mum modo Azzuriniana facta ; ita fortu-
„ na rerum omnium domina ferente. " Hæc Ferrius . Inter alia collectanea Bernardini extat liber , appellatus *Rubeus* , quia rubeo corio contectus, qui poſt varias vices de manibus in manus plurium poſſeſſorum pertranſiens, demum devenit ad illas Romualdi Magnani docti presbyteri Faventini , & ab hoc ad illas Comitis Johannis-baptiſtæ Laderchii, & poſtremo tanquam in tutum aſylum reconditus fuit in tabulario Capitulari Canonicorum majoris eccleſiæ Faventinæ . Huic libro Johannes-baptiſta Burſierius præſtantiſſimus Medicinæ in urbe Faventia profeſſor , & optime callens res Faventinas, noſtris diebus præfationem & indices adjunxit . Cetera vero monumenta, quæ collegit Bernardinus, ſimiliter ad poſteros ſuos tranſiere, inde hæreditatis jure in illuſtrem familiam Faventinam Tarronam, demum poſtrema nobilis ſuperſtes femina ejus familiæ Camilla , vidua comitis Dionyſii Naldi , communitati Faventinæ oblata , in ejuſque poteſtatem traducta voluit, & ex iis coaleſcit tabularium illud , quod vulgo Azzurinium ſive Azzurinianum dicitur , cujus chartas nobis oblatas ut expenderemus, ordine chronologico ſeparatas in ſacculis viridibus repoſuimus , tempore , quo Faventiæ commorabamur, ope etiam D. Anſelmi Coſtadoni abbatis Camaldulenſis, ſtudiorumque noſtrorum collegæ, & de cujus archivi fortuna variiſque vicibus opellam ſcripſit amiciſſimus noſter, tunc Rhetoricæ profeſſor Faventiæ , ſupradictus Hieronymus Ferrius ut diximus. Licet, quæ multa corraſit, & plurima, quæ conſcripſit Bernardinus volumina, tum rerum veterum, tum earum , quæ ævo ſuo contingebant, majorem in partem adhuc ſupereſſe Faventiæ certum ſit, aliqua tamen clam ſubrepta, aut incuria cuſtodum deperdita fuiſſe, æque exploratum eſt, inter quæ hiſtoriam patriam Faventinam, ſupralaudatus Magnanus aſſervari ſcribit in Bibliotheca Romana Barberina. Vide pag. xix. Tomi I. SS. & BB. Faventiæ ejuſdem literati viri.

AZZURINIUS Bernardinus junior, Johannis-baptiſtæ filius, & Bernardini ſenioris nepos . Suorum majorum ſedulus æmulator , literariam mercem & antiquaria monumenta ſervare & adaugere nunquam prætermiſit . Reliquit & ipſe Miſcellanea mſs. rerum Faventinarum, teſtimonio ejuſdem Magnani.

AZZURINIUS Johannes-baptiſta, Bernardini ſenioris filius . Sex tantummodo annis ſupervixit patri, decedens anno 1626. Quare, quod in animo habebat , ad paternam ſuppellectilem veterum monimentorum additamenta facere , quæ tamen vetera ſancte cuſtodivit, mors nimis præpropera prohibuit .

B

BAGIOLINIS (*de*) vel de Bazzolinis, ſeu etiam de Barolinis Benedictus , Vicarius Aſtorgii I. de Manfredis . Ad annum 1379. appellatur in publicis inſtrumentis *Sapiens vir*.

BAGIOLINIS (*de*) Johannes & Nicolaus . Clari fuere anno 1386. quo idem Aſtorgius I. & Johannes de Palatio de Cæſena poteſtas Faventiæ pro eodem Aſtorgio & pro Antianis Faventinis conſtituerunt in ſuum procuratorem *egregium Legum doctorem D. Nicolaum q. Jacobi de Bazzolinis de Faventia, ad faciendam pacem & concordiam de omnibus injuriis & offenſionibus factis a populo Bononiæ populo & armigeris ipſius Aſtorgii ; in præſentia nobilis & ſapientis viri D. Johannis de Bazzolinis* . Reperitur inſtrumentum in libro inſcripto : *Jura confinium Communis Bononiæ. Vol. I. fol. 58.*

BAGIOLINIS (*de*) Philippus, filius Gregorii ſplendidiſſimi Equitis aurati & Juriſconſulti. Unus fuit ex tribus viris collectoribus Statutorum novorum pro cuſtodia urbis ſub principe Aſtorgio III. anno 1492. In præfatione ad eadem Statuta appellatur : *Philippus ex Bagiolina domo generoſa natus , vir quidem ſuo , & D. Gregorii olim patris ſui magno ſplendore majorumque ſuorum auctoritate conſpicuus* . Flaminius præterea Johannem Bagiolinum, nec non Buſtorgium filium, non ſolum Juriſconſultum , ſed & Equitem inſignem , & Papinianum Gregorii filium , & Thomæ filium Silveſtrum , cujus filius Vincentius, omnes Juriſconſultos e Bagiolina domo nominat cum honore in ſua epiſtola . Euſtorgius ſeu Aſtorgius q. Johannis juri civili operam dabat Bononiæ anno 1405. ex chartis Azzuriniis Sæc. VIII. Gregorii vero junioris nomen in iiſdem chartis legitur ad annos 1444. & 1477. quos viros illuſtres reperire eſt coll. 573. & 743. in Acceſſionibus Faventinis, præter eos ejuſdem gentis, de quorum geſtis mentio fit apud Tonduccium , & in indice alphabetico Petri-mariæ Cavinæ ejus continuatoris.

BAGNIOLIUS Julius-cæſar . „ Bagnaca-
„ balli in Æmilia natus , Michaelis Peretti
„ Venafri Principis aulam ſi quiſpiam alius
„ illuſtravit . Etenim ea erat præſtantiſſimi
„ illius ingenii claritas , ut non unius tan-
„ tum Principis aulæ , ſed univerſæ Civitati
„ poſſet lumen ac ſplendorem afferre. Neque
„ tantum ſuum bonum ignoravit vir ille
„ Princeps , qui animi magnitudine , vitæ
„ elegantia, ſplendore, liberalitate , munifi-
„ centia , dum vixit (ſi Alexandrum Car-
„ dinalem Montaltum ejus fratrem excipias)
„ parem habuit neminem . Nam & in præ-
„ cipua ædium ſuarum parte locum illi, ubi
„ commode habitaret , attribuit , atque ipſi
„ ſuiſque affatim quotidie , quod ederent ,
„ præ-

„ præbuit ; tum locuples Sacerdotium con-
„ tulit , unde multa quotannis aureorum
„ centena ſtatim perciperet , eodemque mor-
„ tuo , tanquam deſperaret ſe poſſe invenire
„ alterum , qui cum illo æquari, conferrique
„ poſſet in ſcribendis epiſtolis , negotiiſque
„ tractandis (nam in utraque re egregia
„ ejus opera utebatur) neminem hoc hono-
„ re ac titulo cohoneſtavit , ſed tantum ali-
„ quos ſcribarum loco ad manum habuit , A
„ quibus literas ſcribendas committeret. Fuit
„ ob acumen judicii , quo plurimum præſta
„ bat , ſcriptorum aliorum metuendus ac
„ prudens ; non enim erat tinctus literis ,
„ ſed imbutus expletuſque , adeout totus ex
„ iis compoſitus , conflatuſque dici poſſe vi-
„ deretur . Platonis & Ariſtotelis doctrinam
„ non a limine , ut plerique , ſalutaverat ,
„ ſed ad intima ejus cubilia pervenerat , to-
„ tamque accurate diligenterque luſtraverat.
„ Eam vero Ariſtotelis Philoſophiæ partem ,
„ quæ eſt de Moribus , de Republica , de
„ Rhetorica, de Poetica, ita noverat , ita de B
„ iis rebus accurate , diſerte, docte, ſcien
„ terque dicebat, ut cum eum audires , ni-
„ hil Ariſtotelis vel cujuſvis alterius Philo-
„ ſophi libros deſiderares. Sed in primis præ-
„ ſtantiſſimum ingenium contulit ad Poeſim
„ Hetruſcam , in qua , ut leviter dicam ,
„ cuivis ætatis ſuæ par fuit, qui in eo ſtu-
„ dio elaboravit ; nimium tamen inquirebat
„ in ſe, atque ipſe ſeſe obſervans, nunquam,
„ ut Polignotus alter , a tabula manum di-
„ movebat. Multa ſcripſit egregia , ſed tra-
„ gædiam in primis, quam *Aragonenſes* nun-
„ cupavit, & *Judicium Paridis* . In quibus C
„ nihil eſt , quod quiſquam poſſit reprehen-
„ dere , præter nimis exactam , exquiſitam-
„ que in eis expoliendis , excolendiſque cu-
„ ram ac diligentiam , & quod mirabilius
„ videatur , præter nimiam earum pulcritu-
„ dinem & venuſtatem. Nam ita verborum
„ ſententiarumque luminibus illuſtrantur , ut
„ nullus umbris locus relinquatur. Mortuus
„ eſt ſenex , cum aliquot ante ejus obitum
„ diebus non obſcurum futuræ mortis ſignum
„ dediſſet ; nam nimia gracilitate attenuatus ,
„ & pallore candori ſimili ſuffuſus , a ſucco
„ & ſanguine, quo vita ſubſtentatur , ſe fuiſ- D
„ ſe deſtitutum , ſignificabat. " Hocce elo-
gium Julio-cæſari Bagniolio texuit Janus Ni-
cius Erythræus Pinacothecæ Tomo I. pag.
79. ex quo ejus vitæ tempus , ingenium ,
mors & opera affatim deducuntur . Marche-
ſius etiam in Monumentis Vir. Illuſtr. pag
81. „ præſtantem Ariſtotelicæ Philoſophiæ
„ cultorem vocat , in quam perenni ſtudio
„ præſtaverit ; ſcripſiſſe autem egregie ſuper
„ partem de Moribus , de Republica , de
„ Rhetorica & de Poetica Ariſtotelis ; Poeſi
„ vero facultatem calluiſſe , ut ex Tragedia
„ Aragonenſium & Paridis judicio liquet ; " E
citat autem & ipſe Erythræi Pinacothecam .
Verba de Bagniolio facit pariter Hadrianus
Baillettus T. IV. parte I. pag. 451. *de Ju-
gemens des Savans* . Borſettus T. II. pag.
333. , Coletus pag. 80. de eo non ſilent .
Judicium Paridis typis datum fuit Drepani
anno 1682. in 4. Mazzuchellius addit cete-
ris Bagniolii operibus : *Canzone alla Santità
di N. S. Gregorio XV.* editam Romæ in 4.
apud Johannem Martinellum ; & Epigramma
Italicum inter Italica carmina variorum au-
ctorum collecta ab Auguſtino Collaldi . Ju-
dicium Paridis in tres libros diſtinctum editum
fuit etiam Vincentiæ anno 1617. ſed hujus
auctor eſt Pomponius Montenarius Academi-
cus Olimpicus , qui eodem anno Poema ſuum
dicavit Johanni Bonifacio celebri Vicentino
Juriſconſulto ; alterum proinde opus ab illo
Bagniolii noſtri.

BAGNOLUS Petrus a Balneocaballo Ab-
bas generalis Camaldulenſis , ſemel & iterum ,
licet non completo triennio ſui ſecundi re-
giminis deceſſerit anno 1592. Proſtant Petri
orationes cura Vincentii Cartarii Ravennatis
typis editæ ; & primo : „ Orationes habitæ a
„ fratre Michaele Leonardellio Cæſenatenſi
„ in adventu reverendiſſimi D. Antonii Pi-
„ ſani eremitæ, univerſæ congregationis Ca-
„ maldulenſis Generalis præfecti : Ravennæ
„ apud Franciſcum Thebaldinum anno 1580.
„ in 4. " Prima ex ipſis recitata fuit Fa-
briani anno 1578. „ Orationes ejuſdem in
„ adventu D. D. Julii Feltrii de Ruvere
„ Cardinalis Urbini & Archiepiſcopi Raven-
„ natis : Ravennæ apud eumdem 1582. in
„ 4. Orationes ejuſdem Petri , tunc Procu-
„ ratoris generalis in Urbe , pronuntiatæ a
„ fratre Conſtantio Laudenſi Ravennæ in
„ Abbatia Claſſenſi : Ravennæ apud eumdem
„ 1587. in 4. & publici juris factæ a Jo-
„ hanne-ludovico Paſolini Faventino mona-
„ cho Camaldulenſi , atque pertinent ad an-
„ num 1583. occaſione electionis Abbatis ge-
„ neralis Camaldulenſis ; & ad annum 1584.
„ in adventu D. Stephani eremitæ & Gene-
„ ralis præfecti ad monaſterium Claſſis Ra-
„ vennæ , dicatæ Antonio Piſano alteri Ge-
„ nerali. " Preterea alia proſtat : „ Oratio
„ Bagnoli de optimo ſtatu Rerum publicarum
„ habita in Monaſterio Claſſenſi anno 1584. "
In Dialogo appellato : *Microcoſmo de Compo-
ſti ſopra le parti e potenze dell' anima uma-
na*, Samuelis monachi Camaldulenſis, dicato
Ferdinando Mediceo magno Ethruriæ Duci
anno 1589. & edito Senis, Petrus Uſimbar-
dus Epiſcopus Arretinus & Petrus Bagnolus
Abbas interloquuntur . Talibus iis virtutibus
ornatus refulgebat animus Bagnoli , ut om-
nium ſibi benevolentiam conciliaret , Cardi-
nalium etiam Ptolomæi Gallii , & Julii Fel-
trii, nec non & ipſorum Romanorum Pon-
tificum. A Feltrio reſignationem accepit Ab-
batiæ S. Crucis Fontis avellanæ ſibi commen-
datæ . Prolixum elogium ipſius facit in ſua
Patriæ Foro-julii ms. hiſtoria Germanus Vec-
chius monachus noſter , narratque Summum
Pontificem Pium V. cum ad regimen Cœnobii
Avellanenſis eum dimiſit, dixiſſe : *ſe ſpem fir-
mam concipere , ſicut per Petrum Damianum
reſtauratus fuerat ille locus , ita per alium
Petrum fore reformandum* . Præter Avella-
nenſe gubernium, aliud triplici vice ſuſcepit
onus regendi monaſterii Claſſenſis ; bis , ut
diximus , ſupremum in Ordine Generalatus
gradum ſuſtinuit ; ceteris annis vel Viſitato-
ris vel Procuratoris generalis in Curia offi-
cia ſtrenue exequutus eſt. Unus prætetea fuit
ex quatuor Abbatibus electis ad condendas
Conſtitutiones novas Camaldulenſes anno 1568.

quæ

quæ prodierunt Florentiæ typis Sermartellianis. De Bagnolo mentionem honorificam fecerunt Fortunius, Minius, Pomponius Spretus in opuſculo de ingreſſu Cardinalis Sfortiæ Legati Ravennam, Rubeus in hiſtoria Ravennate, Fabrius in monumentis ejuſdem urbis, Paſolinus in Luſtris Ravennatibus, Paulus Morigia in hiſtoria Religionum lib. I. cap. 58. noviſſime Johannes-dominicus Coleti in catalogo Scriptorum Balneocaballenſium pag. 80. Feliciora Italiæ ingenia carminibus laudes ipſius celebrarunt, ut hæc & alia plura diximus in Annalibus Camaldulenſibus Tomo VIII. ad annum 1592.

BAJOLIS (*de*) Franciſcus de Blancanigo (villa eſt territorii Faventini). Inter Scholares Studii Bononienſis ad annum 1293. recenſetur a Sartio in Append. ad Claros Profeſſores ejuſdem Gymnaſii pag. 250.

BALDASSARIUS Dominicus. Hunc laudat inter ſuos confratres Placidus-maria Bonfrizerius in continuatione Annalium Ordinis Servorum S. Mariæ Tomo III. pag. 679. Scribit ipſum fuiſſe oriundum a Solarolo, quod caſtrum eſt Romandiolæ, ſubjectum olim urbi Faventinæ, & vitam cum morte commutaſſe anno 1718. Collegit Dominicus Res Memoriaſque Budrienſes, ejuſque ms. codicem enuntiat P. Cardi ejuſdem Ordinis in Apologia, quam ſcripſit pro Johanne-baptiſta Mezzetto, quæ extat tomo VIII. Miſcellaneorum Venetiis editorum anno 1740. ad pag. 144.; Enuntiat etiam Dominicus Collinellius, qui ſæpius utitur manuſcriptis memoriis Baldaſſarii in ſuis pariter memoriis Budrienſibus, quæ lucem aſpexerunt anno 1720.

BALDINI Vincentius Faventinus Legum doctor, & Archipresbyter plebis de Sarna in diœceſi Faventina. Memoratur in memoriis Philergitarum Foro-livii pag. 315. tanquam Academicus Philergita & Apatiſta, atque ut Poeta non vulgaris in idiomate tum Latino tum vulgari, ut fidem faciunt ejus ſparſa carmina in nonnullis collectionibus.

BALDISSERI Chriſtophorus de Solarolo. A Borſetto Tomo II. pag. 134. Hiſtoriæ Gymnaſii Ferrarienſis aſſertur Univerſitatis Scholarium Artiſtarum Rector.

BALDUS Johannes de Tambenis de Faventia. Vide *de Tambenis*.

BAPTISTA Faventinus „ Ordinis FF.
„ Cappuccinorum Provinciæ Bononienſis præ-
„ ſtantiſſimus alumnus. Vir fuit proceræ
„ ſtaturæ, ac magnarum virium, ad arma
„ aptiſſimus, & reipſa ſub Urbinatum Du-
„ ce Magiſter militiæ, & ſub Clemente VII.
„ & Paulo III. dux cohortis creatus, plu-
„ rimam in bellis laudem ſibi comparavit.
„ Audax factus, ad facinora quæque proru-
„ pit, & avitæ virtutis oblitus, vitiorum
„ omnium cœno eſt disjectus. Repente ſu-
„ perna luce perfuſus (id contigit Floren-
„ tiæ ex auditis prædicationibus fratris Ber-
„ nardini Ochini Senenſis O. Cappuccino-
„ rum, celeberrimi tunc & in ſpecie zelo

„ præditi concionatoris, poſtea perduellis tranſ-
„ fugæ e caſtris eccleſiæ) horruit pericu-
„ lum, in quo verſabatur & detrimentum
„ animæ ſuæ. Ætatis anno quadrageſimo,
„ Cappuccinorum inſtitutum elegit, atque
„ omni pœnitentiarum genere errores ſupe-
„ rioris ætatis correxit. Viſitur imago Cru-
„ cifixi in eccleſia fratrum dicti Ordinis
„ Faventiæ, cui Baptiſta ſanguinem, quem
„ pro ejus amore & pro expiatione delicto-
„ rum ſuorum libenter e membris ſuis ſibi
„ eliciebat, oſtendit aliquando. Fertur autem
„ Crucifixum ei reſpondiſſe, & brachiis ipſum
„ complexatum fuiſſe. Igne diuturnæ & per-
„ ſeverantis pœnitentiæ tandem purgatus,
„ feliciter obdormivit Baptiſta in Domino
„ anno 1562. Scripſit ipſe ad concives ſuos
„ Epiſtolam, in qua magno ſpiritus ardore
„ illos invitat & ſtimulat ad recolendam
„ Paſſionem Domini noſtri Jeſu chriſti, quæ
„ typis data fuit Faventiæ & Bononiæ annis
„ 1603. & 1608. & Mutinæ 1648. De ipſo
„ Boverius Tomo I. Annalium Cappuccino-
„ rum. " Hæc ad verbum exſcripſimus ex Bibliotheca Scriptorum dicti Ordinis confecta a Bernardo de Bononia, edita autem anno 1747. pag. 142. Magnanus vero vitam Baptiſtæ fuſius deſcribit in ſuis SS. & BB. Faventinis T. I. pag. 314.

BAPTISTA Faventinus, alter alumnus Conventus ejus urbis, ſed ex O. FF. Minor. Convent. Dicitur Inquiſitor in urbe Venetiarum anno 1455. a Wadingo in Annalibus T. XII. pag. 300. qui eum laude dignum cenſet, & honorifica memoria honeſtat.

BARALDINI Antonius ex O. FF. Servorum Faventinus, Confeſſarius in Palatio Apoſtolico de Urbe, peritiſſimus in Theologia Morali. Celebratur in Annalibus ejuſdem Ordinis Tom. III. pag. 679. Defunctus eſt anno 1718.

BARILOTTUS Petrus celebris Sculptor Faventinus. Magnanus T. I. pag. 278. tribuit ipſi inter cetera egregium opus ſepulcri marmorei Jacobi Paſii Epiſcopi Faventini, quod conſpicuum eſt ad latus exterius eccleſiæ Faventinæ S. Mariæ Servorum. Obiit Paſius anno 1528. quare deprehenditur etiam ætas Sculptoris Barilotti, quem cum laude nominat Johannes-antonius Flaminius quoque in epiſtola ſæpius allata.

BARONCINIUS Joſeph Faventinus, ut exiſtimant Creſcimbenius & Quadrius, quem etiam credunt ad eam familiam pertinere nunc extinctam, quæ nomen dedit uni ex viis ejus urbis, vulgo dictæ: *La Baroncina*. Mazzuchellius tamen putat patria Lucenſem. Fuit Joſeph Poeta in lingua vulgari valde cultus & amœnus, ut aſſerit idem Creſcimbenius T. V. pag. 123. *della Volgar Poeſia*. Italici ejus verſus legi poſſunt in collectionibus Seculi XVI. circa cujus medietatem Baroncinius floruit, & præſertim in libro IV. operis inſcripti: *Rime di diverſi eccellentiſſimi auttori*.

BARONCINIUS Porporinus a Faventia, monachus Congregationis Cœleſtinorum O. S. Benedicti, a ſecretis ſuæ religionis, Abbas

deinde ; & Academicus Philoponus , ſcripſit ſequentia opera:

„ Commentaria ad Kalendarium Romanum „ Amiterni effoſſum, Ludicrum geniale. Nea „ poli anno 1680. in 4. “ Hoc opuſculum dicatum fuit D. Joſepho Cantelmo Duci populi Neapolitani , & typis Ludovici Cavalli prodiit ſub ejus nomine . Iterum vidit lucem in novo Theſauro Antiquitatum Sallengre T. III. pag. 805. Laudatur in Bibliographia Cornelij a Beughen edita Amſtælodami anno 1689. pag. 140. & a Johanne alberto Fabricio in Bibl. Latina T. II. pag. 443. & in Actis Eruditorum Lipſienſibus ad annum 1720. pag. 344.

IDEM . *La Galeria Ceſarea aperta agli occhj degli eruditi , nella quale con le note iſtoriche , medaglie e lapidi , ed altre figure ſi moſtrevanno le immagini delle Moglj di tutti gl' Imperatori dell' Oriente & Occidente , in queſta prima parte ſcoprendoſi li ritratti delle Donne de i primi dodici Ceſari Romani . In Faenza nella Stamperia del Zarafaglj* 1672. *in* 12. Hanc antiquariam Purpurini collectionem commemorat Cinellius *nella Scanzia* XIII. *della Biblioteca Volante* , ſicut de ſuperiori Latino opere verba facit *nella Scanzia* XI.

IDEM „ Epigrammata Italica , ſive *Canzoni III.* “ Extant in Miſcellanea Poetica Academicorum Concordium Claſſenſis Monaſterii pagg. 444. 447. 450. Erat tunc Baroncinius Abbatiali dignitate inſignitus , aggregatuſque fuerat eidem Concordium Academiæ cum aliis doctis Faventinis Poetis.

BARTHOLOMÆUS de Balneo-caballo . Vide *Bertonius Bartholomæus* .

BARTHOLOMÆUS de Brixighella Philoſophus & Medicus doctor . Affertur a Borſetto in Hiſt. Gymn. Ferrar. T. II. pag. 60. ex Rotulo in Memoriali anni 1473.

BARTHOLOMÆUS de Ramenghis pictor. Vide *de Ramenghis Bartholomæus* .

BARTHOLOMÆUS de Rondininis . Vide de *Rondininis Bartholomæus* .

BARUIFFALDIS (*de*) Antonius , dictus alicubi de Baruffaldis , Faventinus . In Bibliotheca Laurentio-medicea pluteo LXXVIII. ſub num. 12. apud Montfauconium in Bibliotheca Bibliothecarum T. I. pag. 395. extat Colucii Pierii Salutati Cancellarii Florentini tractatus : „ Quod Medici eloquentiæ ſtudeant , „ & de Verecundia , an ſit virtus vel vi- „ tium ; ad magiſtrum Antonium de Baruf- „ faldis Phyſicum Faventinum ; “ cujus epiſtola ad eumdem Coluccium legitur in principio hujus tractatus . De hoc tractatu Coluccii , allatis auctoritatibus Philippi Villani , & Jannotii Manetti , verba facit etiam Laurentius Mehus in vita Ambroſii Camaldulenſis pag. CCXXX. facit etiam in præfatione ad epiſtolas ejuſdem Coluccii , quas edidit , pag. LXXXIII.

Antonius de Baruffaldis Magiſter , Medicinæ doctor , & Vir Sapiens anno 1380. conſtitutus fuit ab Aſtorgio I. de Manfredis procurator ſuus ad comparendum coram Vexillifero & Antianis Bononiæ , pro relaxandis villis , quas idem Aſtorgius poſſidebat in comitatu Imolæ . Charta procurationis legitur col. 632. Acceſſion. Faventin. Anno 1435. die XXIX. martii indictione XIII. nominatur Nicolaus q. Antonii de Baruffaldis , negotiorum geſtor magnificorum Dominorum Guidantonii , Aſtorgii & Johannis-galeatii de Manfredis Comitum . Is filius fuit Antonii ſupradicti , qui eo anno jam defunctus erat . In tabulario Capitulari Canonicorum ad annum 1465. apparet nomen Baptiſtæ de Baruffaldis Canonici Faventini , & ad annum 1483. ejuſdem , jam Præpoſiti Eccleſiæ Cathedralis ; Alii demum ejus familiæ poſteri leguntur , in primis urbis dignitatibus & officiis conſtituti , apud Tonduccium .

BASSANI Matthæus-antonius a Solarolo auctor eſt ſequentis operis :

„ Praxis theorico-criminalis , addita ad „ modernam praxim D. Thomæ Scipioni per „ extenſum hic inſertam . Ferrariæ 1755. in „ folio . “ Loquuntur de hoc opere auctores *delle Novelle Letterarie Venete* ad eumdem annum pag. 145. & Mazzuchellius pag. 524.

BASSIUS Jacobus . J. V. D. parœcialis eccleſiæ S. Abrahæ Faventiæ Rector , & Academicus Philoponus . Epiſtola ad Lucam Floronum Solarolenſem , & Epigramma in laudem ejus operis editi Venetiis anno 1622. „ De caſibus reſervatis , “ Ext. in eodem tractatu Floroni , qui penitus ignorat , an ſingulare ingenii acumen Baſſii potius , an excellentem doctrinam magis admiretur .

BATTALIA Bernardinus , *Durabilis* nuncupatus inter Academicos Philoponos . Tetraſticon in laudem ejuſdem Floroni . Ext. ibidem . Erat Bernardinus Curiæ Epiſcopalis notarius & cancellarius ſub Herminio de Valentibus S. R. E. Cardinale & Epiſcopo Faventino .

BATTAGLIA Antonius ex Min. Convent. *Orazione funebre per Gaetano Rotondi Arciprete di Bagnacavallo . In Bologna* 1763. *in fol. nella Stamperia del Santo Ufizio* . Johannes dominicus Coleti pag. 63. *Notizie di S. Pietro in Sylvis* , eam memorat .

BECCHIS (*de*) Johannes q. Dominici , Faventinus , artis phyſicæ Medicus . Nominatur in charta anni 1343. XXVII. junii indictione XIII. exiſtente in Sacculo V. archivi Azzurinii .

BEDINI Nicolaus' Capellæ S. Bartholi de S. Rophillo . Unus fuit ex quatuor deſtinatis anno 1410. a Johanne-galeatio de Manfredis Domino Faventiæ ad condenda nova Statuta ejus urbis . Etiam ad annum 1414. occurrit ipſius mentio , & appellatur Nicolaus q. Bidini , ut appareat Bidinum fuiſſe ejus patrem , non cognomen Nicolai .

BELLUS Guidus Faventinus . Profertur ad annum 1694. a Borſetto T. II. pag. 500. inter Laureatos in Philoſophia & Medicina Univerſitatis Ferrarienſis .

BELTALIS q. D. Beltalis Juriſperitus civis Faventinus . Carmine laudatur a Thomaſio antiquo Poeta Faventino in Chronico Canti-

Cantinellii col. 240. Miſere tamen occubuit in bello Faventinorum anni 1276. apud Solarolum; quare cecinit Thomaſius, licet admodum ruditer & inconcinne:

„ Beltalem decorant jus, leges, copia
„ morum,
„ Quem timuit, timet & chorus omnis
„ Cauſidicorum;
„ Sed quoniam ſtrepitus nunc juris &
„ arma veretur,
„ Egregius miles ut Scevola noſter ha-
„ betur. "

Beltalis q. D. Beltalis „ peritus in jure, & „ Faventiæ civis, ſyndicus, procurator, actor, „ & nuntius ſpecialis Communis Faventiæ „ anno 1256. deſtinatus fuit ad Commune „ Bononienſe. " Col. 625. Acceſs. Favent. ex libro inſcripto P. pag. 90. exiſtente in camera Actorum archivoque publico Communis Bononiæ. Ad annum 1296. in tabulario Capitulari nominatur „ D. Cignaneſia filia „ q. D. Rainerii de Tomais, uxor q. Bel„ talis civis Faventini, patrona altaris B. „ Mariæ Virginis poſiti & conſtructi in ec„ cleſia B. Petri de Civitate Faventiæ. " Eam arbitramur, uxorem Beltalis ſupralaudati celebris Juriſconſulti, quæ a viginti annis vidua ejuſdem remanſerit, propter violentam mortem viri ſui interfecti in bello Solarolenſi.

BELTRANUS Naſcimbenius filius Alberti, Balneocaballenſis excellens pictor floruit circa annum 1591. De eo Coletus pag. 13. in Notitiis S. Petri in Sylvis pag. 13.

BENCIVENNIS (*de*) Aloyſius de Cotiniola, Abbas Camaldulenſis SS. Germani & Decentii de Piſauro, & in partibus Ravignanæ Vicarius generalis D. Urbani Malumbræ Abbatis S. Apollinaris in Claſſe extra & prope Ravennam. „ Epiſtola ad omnes juriſdi„ ctionis ſuæ abbates, priores, præpoſitos &c. „ contra Angelum Sanctolinum de Montero„ lo plebanum eccleſiæ S. Mariæ de Fractis „ anno 1484. " Subſequuntur Acta contra „ eumdem. " Extant in Tabulario S. Romualdi de Urbe faſc. XLIII. num. 6. & in altero Claſſenſi; eorumque exemplar habemus pariter in Codice 1084. Bibliothecæ noſtræ MSS. S. Michaelis de Muriano.

BENE Magiſter & Canonicus Faventinus. Inter claros Juris canonici profeſſores reponitur a Mauro Sartio, in ſuo de Profeſſoribus archigymnaſii Bononienſis operé pag. 323. eumque ſubſcriptum aſſerit Canonicorum Bononienſium confirmationi immunitatum conceſſarum ab Henrico Epiſcopo Bononienſe ſororibus S. Franciſci, quæ inſerta eſt literis Innocentii pp. IV. datis Peruſii anno IX. Habentur autem hæ literæ in Codice Diplomatico Eccleſiæ Bononienſis, exiſtente in Bibliotheca Inſtituti Scientiarum, & etiam editæ fuere in Bullario Franciſcano T. I. Bene nomen affert Sartius; quæ autem opera ediderit in jure canonico, ignotum eſt & ipſi. Benum quemdam, & quidem Faventinum, Rectorem eccleſiæ S. Andreæ in Vineis, clarum pietate & literatura, qui eccleſiam ſuam circa annum 1221. tradidit S. Dominico & ejus confratribus, aſſerunt Tonduccius & Magnanus, qui poſtremus T. I. pag. 88. ipſius vitam reponit inter ceteros Sanctos & Beatos Faventinos; verum tempora non concordant, aliumque fuiſſe Benum vel Bene Canonicum Faventinum, qui ſerius vixerit, moramque, ut plurimum, licet Canonicus eſſet Faventinus, traxerit in urbe Bononienſi, arbitramur.

BENEDETTI Antonius nobilis Eques Faventinus memoratur a Mazzuchellio pag. 812. qui typis ediderit: *Civili affetti. Poeſie ſtampate in Rimini per Simbene Simbeni* 1648. *in* 4. Antonii cujuſdam Benedetti mentionem facit Ludovicus Zuccolus, cujus impulſu aſſerit ſe motum fuiſſe ad diſſerendum de rationibus numeri in verſu Italico; ad Innocentium Maximi Epiſcopum Britonorienſem.

BENEDETTI Johannes-antonius, quem idem Mazzuchellius ignorat, an unus & idem fuerit cum ſuprarelato Antonio. De Johanne-antonio mentionem facit Petrus de Belmontibus Ariminenſis in ſua Genealogia libro I. pag. 18. teſte eodem Mazzuchellio, ſed teſte Magnano T. II. pag. XIX. hæc mentio fit a Belmontio pag. 5. Porro aſſerit Belmontius, Johannem antonium Benedetti conſarcinaſſe hiſtoriam patriam Faventinam, quæ facile deliteſcit in aliqua Faventinorum bibliotheca.

BENEDETTI Johannes franciſcus J. V. D. Faventinus. Legitur ante Tonduccii hiſtoriam Epigramma Latinum ipſius ad excellentiſſimum D. Comitem Bernardinum Azzurinium J. V. D. & Academicum Philoponum.

BENEDETTI Johannes-franciſcus alter Faventinus, anterior tempore, juris utriuſque Doctor, & a ſecretis Johannis Medicei, ſupremi Imperatoris claſſis maritimæ Venetorum. Refertur a ſupradicto Mazzuchellio, & defunctus dicitur Ferrariæ Chriſti anno 1630. tempore, quo militaribus exercitiis intentus erat. Epitaphium Johannis-franciſci exiſtens in eccleſia S. Franciſci, ubi tumulatus fuit, allatum eſt ab Andrea Borſetto in Supplemento ad eccleſias Ferrarienſes Antonii Guarini pag. 65. Verum tamen, an is aliquid literis tradiderit, Mazzucchellium, noſque pariter latet.

BENEDICTUS a Vezzano Caſtro diœceſis Faventinæ. Nominatur a Petro Ricordato in Hiſtoria Monaſtica ſub die V. pag. 471. tanquam vir ſanctæ converſationis ex Congregatione monachorum Montis-oliveti, qui librum valde utilem de regulis grammaticalibus compoſuerit. Defunctum ipſum facit in monaſterio S. Petri de Eugubio, dum ibidem Abbatiali munere fungeretur.

BENINI fr. Dominicus-bartholomæus a Faventia, Definitor Provinciæ Bononienſis ex O. FF. Cappuccinorum. *Vita del Padre Leone dal Caſtel ſan Pietro, del Serafico Ordine de Cappuccini della Provincia di Bologna, compoſta e dedicata all' illuſtriſſimo e reverendiſſimo Monſignore Vitale De Buoi Veſcovo di Faenza. In Faenza* M. DCC. LXIX. *pel Benedetti in* 4. Sanctè obiit P. Leo anno 1749.

vivit autem præſtans ſcriptor ejus vitæ; ſicut etiam humaniſſimis moribus ſuis, & eccleſiaſticæ diſciplinæ ferventiſſimo & prudentiſſimo zelo, amorem & venerationem omnium Faventinorum civium ſibi acquiſivit, in dieſque adauget ex nobiliſſima de Bobus, olim Ferrarienſi, nunc Bononienſi familia, meritiſſimus Epiſcopus Faventinus Vitalis.

BENTINI Franciſcus nobilis Faventinus, Epiſcopus Comaclenſis. Deceſsit Faventiæ anno 1744. Laudatur ceu vir ſtudio juris civilis & canonici admodum peritus. Jacet in cœmeterio PP. Diſcalceatorum Faventiæ cum hoc ſepulcrali brevi elogio:

„ Illuſtriſsimus D.D. Franciſcus Bentini
„ Patritius Faventinus Epiſcopus Comaclenſis ætatis ſuæ anno LXXXIIII. Epiſcopatus vero XXX. in Domino obdormivit v. nonas martii M.DCC.XLIIII. “

BERNABUCIIS (*de*) Johannes-paulus Faventinus, Rector Gymnaſii Patavini ad annum 1448. Ita legimus in Faſtis ejuſdem Gymnaſii concinnatis a Jacobo Facciolato pag. 22. ſecundæ partis. Superioribus annis vivebat Martinus q. Magnani de Bernabucciis de Faventia, inſignis armorum ductor pro Venetis, occiſus anno 1417. cujus teſtamentarias tabulas ſervat tabularium Claſſenſe, noſque monumenta aliqua attulimus T. VI. Annalium Camaldulenſium.

BERNARDUS (*de*) Monte Faventinus. Locatur in ſerie præſtantium juris profeſſorum a Thoma Diplovataccio CP. & patritio Piſaurenſe, qui inſuper inter ceteras vitam ipſius deſcribit. Videatur Sartius, ſeu potius Fattorinius, in Appendice Operis ſui de Cl. Profeſs. Gymn. Bonon. pag. 269.

BERNARDUS Papienſis patria, ſed Epiſcopus Faventinus ſub finem ſeculi XII. Pancirolus aliique multi ipſum appellant Bernardum *Circa*, perinde ac prodierit ex familia hujus cognominis, immo, niſi ſuſpecta ſit lectio, ut conjectatur Sartius, eodem cognomine donatur a Johanne Andreæ in Proemio Novellæ. Ughellius *Balbum* nominat; ſed apud antiquos ſcriptores non alio adjuncto effertur, quam Bernardus Præpoſitus, vel Bernardus Papienſis, vel Bernardus Faventinus, quia natale ſolum habuit in Papia, Præpoſituram in ea urbe obtinuit, deinde electus fuit in Faventinum Epiſcopum, poſtremo translatus a ſede Faventina in ſedem patriam Pontificalem Papienſem; floruitque cum viri docti opinione Romæ, Bononiæ, Faventiæ & Papiæ. Redegit in unum corpus Romanorum Pontificum decreta, & canones collegit, qui poſt tempora Gratiani efformati fuere, nec non quædam antiquiora ſimul congeſſit decreta, quæ Gratianum fugerant; appellavitque collectionem ſuam *Breviarium Extravagantium*, ſingulos canones in certas claſſes & titulos digerens, & diſtribuens in quinque libros; quem ordinem ſequuti fuere poſteriores collectores, præſertim S. Raymundus in Decretalibus Gregorianis. Decretaliſtarum princeps & anteſignanus [illegible]it Bernardus. Hanc collectionem in lucem edidit anno 1190. cum adhuc Præpoſitura in eccleſia Papienſi fungeretur; quare etiam meruit appellari: *Compilatio Præpoſiti*. In eam a ſe factam collectionem minuta ſcholia & gloſſellas ſcripſit primo; mox locupletiorem apparatum, quæ *Summa Bernardi* dicebatur, quæque fuit prima, quam Schola juris canonici viderit, cujus initium: *Summa Bernardi Epiſcopi Faventini ſuper Decretalibus ab eo compilatis*: „ Gloria patris eſt „ filius ſapiens &c. “ *Hac itaque conſideratione, atque ſcholaſticæ utilitatis gratia compulſus, qui Decretales & Extravagantia compilavi, tunc Præpoſitus Papienſis, nunc Faventinus Epiſcopus ſuper eodem opuſculo ſummulam Chriſto duce aggrediar elimare &c.* Ex quibus verbis elicitur hanc Summam Bernardum confeciſſe tempore, quo regebat eccleſiam Faventinam. Laudatur hæc Summula a Johanne Andrea; Antonius autem Auguſtinius Archiepiſcopus Tarraconenſis eam e tenebris eripuit, & in lucem emiſit. Poſt regimen eccleſiæ Faventinæ Bernardus a ſuis Papienſibus expetitus, anno 1198. ab Innocentio pp. III. translatus fuit ad patriam ſedem, ex epiſtola ejuſdem Romani Pontificis inſcripta Epiſcopo Faventino, quæ eſt 324. libri primi ex editione Balutii: Obiit in patria cum ſanctitatis odore anno 1213. Edidit præterea commentarium in Eccleſiaſticum, & in Canticum Canticorum alterum. In Bibliotheca Vaticana Tomo IV. Inventarii ſub num. 2691. apud Montfauc. Bibl. Bibl. Tom. I, pag. 106. aſſervantur Bernardi Epiſcopi Faventini ſermones. Fabritius in Biblioth. Med. & Inf. Ætatis T. I, pag. 218. „ Bernardus „ Balbus, inquit, ex Faventino Epiſcopo, „ ab anno 1198. Papienſis, qui anno 1213. „ obiit, in juriſprudentia canonica doctiſſimus, quinque libros de illa facultate compoſuit, teſte Ughellio T. I. Ital. Sacr. pag. „ 1097. “ Romualdus Magnanus in vita hujus Epiſcopi, præter quinque volumina canonica, ſcripſiſſe ait Bernardum vitam Johannis Epiſcopi Faventini prædeceſſoris ſui, qui obiit in expeditione Hieroſolymitana, ſicut etiam Papienſem factum Epiſcopum literis tradidiſſe vitam S. Lanfranchi Epiſcopi Papienſis, ſive ex antiquo originali traxiſſe, quæ habetur apud Ughellium Tom. I, pag. 1093. Id ſcribit Magnanus T. I. SS. & BB. Favent. pag. 81. Superiora majorem in partem exſcripſimus ex Sartio noſtro in Opere de Claris Profeſſoribus Archigymnaſii Bononienſis, quod diligentiſſime exequutus eſt.

BERNARDUS phyſicus de Faventia; Ipſi extat inſcriptus Coluccii Salutati liber de Nobilitate legum & Medicinæ, aſſervatus in Bibliotheca Laurentio-medicea codice membranaceo num. XI. pluteo LXXVIII. Floruit initio Seculi XV. Libri hujus initium eſt: „ Scio, quam arduum ſit, doctor egregie, fraterque chariſſime, controverſiam antiquam ingentem, & quam crediderim ventilatam a „ multis, a te vero nuper determinatam videam, divinis & inexpugnabilibus rationibus „ tam ſubtiliter quam copioſe &c. “ Ex iis Coluccii verbis deducitur Bernardum Faventinum de eodem argumento diſceptaſſe, & validis rationibus alterutrius profeſſionem ſuper aliam vindicaſſe & extuliſſe. Conſulatur Laurentius Mehus in proemio ad epiſtolas Coluccii pag. LXXXXII.

BER-

BERTONIUS Bartholomæus Balneocaballenſis, Monachus & Abbas Camaldulenſis. Vix electus Ordinis Generalis, paucos poſt menſes deceſſit in urbe Foro-livienſi die xxi. menſis julii anni 1581. vir undequaque meritiſſimus, qui plura Congregationi ſuæ æmolumenta attulerat, & zelo ac ſollicitudine in rebus agendis excelluerat, præſertim in Curia Romana, ubi officium Procuratoris generalis ſedulo exercuit. Ipſum laudat glorioſa mentione Porcachius in nuncupatoria epiſtola traductionis Speculi Monachorum Abbatis Daciani. Vide Annales Camaldulenſes Tomo VIII, pag. 162.

BERTONIUS Jacobus philippus (B.) Faventinus ex Ordine Servorum B. Mariæ. Johannes-albertus Fabritius in Bibl. Med. & Inf. Ætatis T. IV. pag. 16. ipſum recenſet inter Scriptores, de quo, ſubdit, Bzovius ad ann. 1483. num. 13. & ann. 1489. num. 11. Verum hæc dixerit Fabritius reſpectu ſcriptorum vitæ ipſius; ſcimus enim Bertonium claruiſſe pietate & ſanctitate, non literis. Tomo itaque V. pag. 105. ejuſdem Bibliothecæ, „ Nicolaum Borgheſium ſive „ Burgenſium, Equitem & Senatorem Se- „ nenſem in medium adducit, qui circa an- „ num 1483. ſcripſit vitam Jacobi-philippi „ presbyteri O. Servorum defuncti Faventiæ „ in Æmilia, quæ prodiit in Archangeli „ Gianii Florentini Centuria tertia Annalium „ illius Ordinis editorum Bononiæ 1622. fol. „ atque inde in Actis SS. T. VI. maji die „ xxv. pagg. 167. 169. “ Re enim vera Burgheſius, clarus ob vitas S. Catharinæ Senenſis, & BB. Joachimi & Franciſci Senenſium, & B. Peregrini Latioſi Foro-livienſis O. Servorum, eo ipſo anno, quo Bertonius ſancte deceſſit, cum pernicioſo morbo laboraret, devotione erga ſanctum virum permotus, ad ejus tumulum Faventiam voti cauſa peregrinatus eſt, curationem obtinuit, argenteam ſui obtulit imaginem, cui etiam carmen hocce pro rei veritate ſuppoſuit.

„ Corde laborabam, genio ſtimulatus
„ iniquo,
„ Quo vitio ſtomachi creſceret atrabilis.
„ Huc mox confugi, numenque pre-
„ cantis
„ Dive, tuum, vacuæ non rediere pre-
„ ces. “

Ea itaque occaſione prior conventus Faventini Burgheſium oravit, ut vitam ſancti viri literis traderet; id quod præſtitit eo, vel forte melius anno 1488. Extabat ſiquidem vetuſtior vita, ſeu collectio geſtorum Jacobi-philippi & undecim miraculorum, ab Anonymo exarata ſtatim poſt obitum beati viri, facile Thaddæo Arretino Priore Conventus auctore. Gaſparinus quoque Venetus inter ſua Poemata de *Beatorum gloria* cecinit de Bertonio:

„ Quem tulit & puerum fovit Faven-
„ tia, ad aras
„ Nunc cadens ſupplex fert ſua vota
„ tuas.
„ Te modo, qui vitæ poteras vitare ve-
„ nenum
„ Et curas hominum ſpernere ſollicitas.
„ Vel pia Religio ſupremis inſerit aſtris
„ Vel potius pietas religioſa beat. “

Galeotus Manfredus Faventiæ Princeps, Bertonii vix defuncti corpus mandavit, ut in proprio Manfredæ familiæ ſacello collocaretur; paulo poſt Bertoniæ genti omnia jura illius ſacelli ad honorem ipſius B. Jacobi-philippi ſponte & munifica liberalitate conceſſit & donavit. Viſum poſtea fuit fratribus Ordinis ob frequentiam populorum ad ejus tumulum confugientium, ut in quadam arca a parte dextera ejuſdem ſacelli conderetur, cumque ibidem quieviſſet uſque ad annum 1594. Bertonia tandem familia lapideum ſancto viro ſarcophagum dicavit, quod & pro ara ejuſdem ſacelli inſervire ſtatuit, & in ipſum ſolemni translatione ejus corpus recondi curavit. Omnia hæc fuſius habentur Tomo VI. SS. apud Socios Bollandianos ſub die xxv. maji pagg. 632. & ſeqq. ubi etiam additur inſtrumentum immunitatis conceſſæ a Communi Faventino Miſſerino Bertonio patri ſancti viri, illiuſque poſteris, ſtatim poſt obitum Beati. Poſteriori tempore, hoc eſt anno 1713. Auguſtinus-Romanus Florius Cremonenſis, monachus Camaldulenſis vitam ipſius Jacobi ſcriptis tradidit, & edidit eo anno Faventiæ. Anno vero 1739. Hieronymus Bertonius Canonicus Florentinus in lucem protulit: *Ragguaglio del B. Jacopo-filippo Bertoni, e traslazione del corpo. In Faenza 1739. per l'Archi.* Accedunt variæ poeticæ compoſitiones; quam narrationem, cujus tamen auctor eſt Romualdus Magnanus, dicavit Bertonius Nicolao Lomellino eo tempore Epiſcopo Faventino.

BERTUCCIUS Jacobus excellens pictor Faventinus circa annum 1566. Aſſertur a Petro Cavina in Addicionibus ad Hiſtoriam Faventinam Tonduccii pag. 632. ejuſque opera ab artis pictoriæ profeſſoribus multo in pretio haberi aſſerit.

BIAGINI Hieronymus Faventinus O. FF. Min. Conv. Fato functus eſt anno 1665. Ipſum Franchinus in Biblioſophia pag. 245. adjungit doctis viris ejuſdem Ordinis & Conventus S. Franciſci, in vita fuſiore, quam deſcripſit Franciſci Pontelongi aſcetæ dicti inſtituti & loci.

BIANCOLI Alexander Comes Balneocaballenſis & Patritius Faventinus, illuſtris Poeta vivens. Præter innumera fœcundiſſimi ingenii ſui poetica monumenta, quæ leguntur in pluribus Collectionibus, tranſtulit in Hetruſcos verſus Georgicam Virgilii, quam edidit typis Amatinis Piſaurenſibus in folio anno 1768. & dicavit Magno Ethruriæ Duci Petro Leopoldo, cujus etiam exemplari, pro humanitate, qua pollet, donatos nos voluit. Ipſius quoque ſunt: *Canto quarto ſopra la Carità, nella Cantica compoſta da varj autori, intitolata:* Le Virtù Teologiche Cardinali. *In Forlì 1754. in 8. Canto ſecondo per la Sagra delle monache di S. Maglorio. In Faenza 1769.* Ad manus habet Poema

ſuper

ſuper origine & conſtructione vaſorum fictilium, vulgo *Majoliche*, quæ in urbe Faventina elaborantur, de quibus ſequentia olim protulerat Flaminius in epiſtola de Laudibus Faventiæ. „ Quid mercatorum & artificum numeroſitatem? diſpoſitas quam miro ordine tota urbe officinas? & tabernas referam & figlina memorem? Quæ quidem, vaſis miro artificio & pictura fabrefactis, ac per totam Italiam celebratis, non ſolum maximum ſemper emolumentum, ſed etiam nomen huic urbi peperere. Quod ſane haudquaquam in ultimis hujus civitatis ornamentum ſtatuendum ii putant, qui norunt ex veterum hiſtoriis, quantam Coryntho vaſa famam attulerint. " De iis loquitur etiam Cavina in Indice ad vocem *Majolica*, putatque originem tribus ſeculis ante ætatem ſuam antiquiorem fuiſſe in Faventia, magiſtroſque in ea arte floruiſſe initio Seculi XIV. donec multiplicato argento, poſt detectionem Indiarum Occidentalium, prærogativa eorum vaſorum decidit; albedinem vero quam maxime conſpicuam, notabilioremque in his vaſis eſſe obſervat. Conſentit Thomas Garzonius in Platea Univerſali, ubi Plinium ex libro 35. affert, qui laudat Arretium & Surrentum in Italia, Pergamum in Aſia, Coum in Græcia, ob hujuſmodi vaſa celebres civitates, *benchè*, ſubdit, *par, che oggi in Italia tutta la gloria tocchi a Faenza in Romagna, che fà le Majoliche così bianche e polite, e a Peſaro nella Marca d' Ancona, che lavora ottimamente intorno a queſto meſtiero*. Super origine itaque, antiquitate, albedine, fabrica, excellentibuſque opificibus horum figlinorum canit Biancolus, verſibus haud ligatis, tribus libris, quorum primus abſolutus eſt, ceteri duo extremam dumtaxat manum expectant. De Alexandro Biancolo videſis etiam Mazzuchellium pag. 1193.

BIANCOLI Johannes-baptiſta celebris JC. reformator Studii Ferrarienſis & Poeta. Deceſſit in patria ſua Balneocaballi menſe aprili anni 1626. In operibus Johannis-mariæ Guicciardii ſpecimina habentur ejus Poeſis, & inſuper in verſibus Poetarum antiquorum & recentiorum Hieronymi Baruffaldi pag. 247. Ipſum reponit in catalogo Scriptorum Balneocaballenſium Johannes-dominicus Coleti pag. 80.

BIANCOLI Paulus, Comes itidem Balneocaballenſis, Poeta & ipſe. Carmina Italica habet in libro inſcripto: *Componimenti degli Accademici Riſformati di Ceſena anno 1718. ſtampati in Faenza*. De utroque Biancolo Mazzuchellius pag. 1193.

BIDIAS a Magnano pag. XV. tomi primi ſtatuitur inter celebres Juriſconſultos Faventinos, una cum Johanne Faventino egregio Canoniſta Seculi XII. De Johanne agemus ſuo loco; de Bidia vero, præter memoriam nominis a Magnano ſervatam, nil præterea ſcimus, quod dicamus.

BLANCHELLUS Jacobus Faventinus. In epiſtola Johannis-antonii Flaminii, ſequenti elogio decoratur: „ Jacobus Blanchellus, qui non quidem opibus, quibus abundavit, ſed jure civili & Pontificio, necnon Poetica, in qua multum enituit, ſibi famam comparavit. " Credimus ipſum vel patrem fuiſſe, vel filium Menghi Blanchelli, de quo mox dicimus.

BLANCHELLUS Mengus, dictus etiam Magiſter Mingus, Philoſophus & Medicus inſignis Faventinus. Floruit ſeculo XV. & attigit ſeculum ſequens. De eo Flaminius, qui de facie potuit cognoſcere, hæc protulit in ſuperius laudata epiſtola: „ Mengus cum Ferrariæ Dialecticam & Phyſiologiam multos annos magna cum laude docuiſſet, Florentiam profectus, Medicinam cum ſummo honore & ætatis illius admiratione annis amplius quinquaginta exercuit, cujus fama cum per totam Italiam celebris eſſet, motus Julius II. illum ſibi primarium Medicum adſcivit, cujus quidem non ſolum amplo ſtipendio, ſed etiam regiis muneribus mirifice ditatus eſt. Hic quidem multa ingenii ſui monumenta poſteris reliquit. Scripſit in Pauli Veneti Micrologicam & Dialecticam perutile compendium. Item de aquis Italiæ calidis, quæ ſunt morbis ſalubres, & in iis etiam Faventinas, quibus de divi Chriſtophori vicina æde cognomentum eſt inditum, adeo celebrat, ut non ſolum Porretanis comparet, ſed viribus etiam præferat. Præterea in Avicennam commentaria, & alia quædam memorabilia, Galenum imitatus, quæ Philoſophorum ac Medicorum manibus tractantur. Huic vita fuit longa, nam quartum & octuageſimum ætatis annum implevit. " Hæc Flaminius. Addit Fabbruccius Opuſc. XII. §. IX. in Hiſtoria Profeſſorum Univerſitatis Piſanæ, Mingum praxi Medicæ edocendæ proficuum exiſtimatum a ſapientiſſimis Academiæ Moderatoribus, evocatum ad id muneris Piſas fuiſſe anno 1515. & ediidiſſe commentaria in Pauli Veneti Logicam, laudarique a Leandro Albertio in Deſcriptione Italiæ pagina 310. Quoad commentum ſuper Logica Pauli Veneti, vidimus ipſum ex editione per fratrem Matthæum Campagnam de Cherio emendatum; impreſſum Venetiis expenſis Franciſci de Madiis, necnon arte Johannis Lovviler de Hall' anno ab incarnatione Domini M.CCCC.LXXXVIII. duodecimo Kalendas aprilis. In hac editione ſic præfatur Menghus: „ Cum viderem Pauli Veneti Logicam non parva indigere expoſitione, tum propter ipſius difficultatem, tum propter aliorum obſcuram diligentiam, modicamque, ſollicitudinem, conſtitui novos commentarios edere, bipartitumque opus facere, expoſitionem ſcilicet, & quæſtionem, ut cognitio ipſius non in obſcurum, ſed in claram lucem producta ſit; ſic enim putavi hinc tyrunculis, illinc provectioribus ſatisfacere &c. " Iterum commentaria hæc lucem viderunt anno 1493. Venetiis per Simonem Bevilaquam in folio una cum Logica ejuſdem Pauli, reviſa accuratiſſime & emendata per fratrem Franciſcum de Macerata.

IDEM. De Balneis S. Chriſtophori. Ex folio 63. auctoris ſui Menghi hiſtoriam refert Tonduccius pag. 5. quomodo nimirum a[...]

illa

illa ſalubris reperta fuerit ſub Aſtorgio II. de Manfredis.

Paſchalis Gallus in Bibliotheca Medica pag. 228. refert Opera Medica Blanchelli: „ Menghi Blanchelli Faventini, inquit, de „ Balneis tractatus tres. Item de Balneo „ Villæ ad Dominos Lucenſes conſilium. „ Junctæ impreſſerunt Venetiis cum diverſo- „ rum auctorum ſcriptis de Balneis 1553. „ Menghi autem Faventini viri præclariſsimi „ admirabile & novum opus de morbis par- „ ticularibus a capite uſque ad pedes, & de „ omni genere febrium excuſum in folio „ Venetiis 1536. “ Georgius. Vivianus Marcheſius egregium Medicum Blanchellum dicit, „ qui celebre & perenne ſuum nomen „ ſcriptis fecit, opus de Febribus & morbis „ evulgavit anno 1536. plurimas inſuper „ quæſtiones, opera theologica & aſtronomi- „ ca, nec non tractatum de omnibus bal- „ neis. “ In editione Marſilii Ficini Conſilii adverſus peſtem, legitur Conſilium etiam Thomæ del Garbo, & Menghi de Faventia, quod produxerunt Junctæ in 8. anno 1576. Habetur etiam ipſius diſſertatio ad Ducem Borſium Eſtenſem: „ De præſtantia philoſo- „ phi & Juriſconſulti: “ Ineditus vero eſt tractatus: „ De propoſitione de ſecundo ad- „ jacente; “ alius „ Figuræ fallaciarum; “ Credimus tamen hoc poſtremum opus eſſe alterius auctoris, quod compactum quidem eſt cum ſuperiori opere commenti in Logicam Pauli Veneti, ſed editum Venetiis per Baptiſtam de Tortis anno M.CCCC.LXXXVI. die XXII. ſeptembris, & dicatum ab auctore ſuo Petro de Guidonibus, ut liquet ex hac præfatione: „ Cum ſæpenumero cogita- „ rem, non mediocrem juvenibus fructum „ afferre, ſi compoſitionis & diviſionis ma- „ teriam clariſſime intelligerent, hanc ho- „ ram tibi Petre de Guidonibus hodie inſti- „ tui, ut breviſſimo ſpatio certoque ordine „ infinitam pene difficultatem tibi eripiam.... „ Septem modis committitur fallacia &c. “ immo credimus opus de fallaciis eſſe Pauli Pergulenſis, ex verſibus Jacobi Sentini Ricinenſis, quos in auctoris laudem cecinit in hunc modum:

„ Qui timet argutos Loycos pulcreque
„ tueri
„ Se clypeo, & tectum quærit habere
„ caput.
„ Qui cupit ambiguos Loycæ diſſolvere
„ nodos,
„ Pergula quæ genuit, ſcripta diſerta le-
„ gat. “

Licet autem impreſſum hoc opus de Fallaciis dicatur per Baptiſtam de Tortis, idem Jacobus Sentinus laudans impreſſorem, tribuit laudem Girardo typothetæ tunc celebri, ſequenti carmine:

„ Quod fruſtra juvenes quærebant ſem-
„ per ubique,
„ Quod poterat chartis tingere nemo
„ ſuis,
„ Hocce opus impreſſit mira nunc arte
„ Girardus
„ Aſperſum variis quas facit ære notis.
„ Candida nunc iſti debes ſtudioſa ju-
„ ventus
„ Debent ingenio quilibet uſque ſuo. “

Niger in hiſtoria de Scriptoribus Florentinis ſupine errat, faciendo Blanchellum Florentinum. Natus eſt enim Menghus Faventiæ circa annum 1440. vivebat adhuc anno 1520. In chartis Azzuriniis Saec. VII. legitur ad annum 1392. „ Menghus Jacobi de Blan- „ chellis notarius; “ Pariter; Saeculo VIII. „ ad annum 1425. die XXI. martii indictio- „ ne III. idem Menghus quondam Jacobi „ teſtamentum facit, atque ſepulturam ſuam „ eligit apud fratres Eremitanos; “ Menghus hic videtur eſſe avus Menghi noſtri, ſicut Jacobus ſuperius laudatus videtur eſſe Menghi ſenioris filius, & pater Menghi junioris, niſi dicamus Jacobum hunc Menghi junioris fuiſſe filium, eo quia videtur notus Flaminio. Conſulatur iterum Blanchellus Jacobus.

BLANCUS ſive Bianchi Bonaventura e Cotiniola O. FF. Min. Conv. „ Edidit Qua- „ drageſimale, Homilias per annum, de vi- „ ris illuſtribus novi & veteris Teſtamenti. „ Bononiæ apud Baptiſtam Phaellum anno „ 1534. “ Ita Poſſevinus T. I. Appar. Sacr. pag. 245. Poſſevinum exſcribit totidem verbis Borſettus T. II. Gymn. Ferrar. pag. 233. & Mazzuchellius pag. 1133. Commentaria præterea confecit Blancus in ſententias Johannis Scoti, quæ a Johanne-antonio Flaminio ejus amico, immo & affine epiſtola XVII. lib. II. ad Cardinalem Dominicum Grimanum appellantur „ luculentum opus ac ſane „ divinum, utpote miro ingenio, exquiſita „ ſollertia, & omni admiratione digna in- „ dagatione uſus eſt. “ Epiſtolas duas Blanco dedit idem Flaminius, quæ leguntur in collectione epiſtolarum ipſius libro V. pagg. 257. & 258. Ulterius in quodam epigrammate, quod libellis, qui tunc Bononiæ imprimebantur, inſertum erat, celebratur ab eodem Flaminio Bonaventuræ Blanci nomen in ſignum amoris & obſervantiæ ſuæ in ipſum. Ut nos docet Mazzuchellius, immo Flaminius ipſe in eadem epiſtola XVII. libri II., commentaria in Scotum propoſuerat Blancus nuncupare Cardinali Grimano; dolendum, quod ea modo vel deperdita ſint, vel deliteſcant in angulo alicujus bibliothecæ. De Bonaventura Blanco poſſunt conſuli Wadingus & Johannes a Sancto-antonio.

BONACCURSIUS Theobaldus a Tredotio Eremita Camaldulenſis Ethruriæ: *Familiare iſtruzione per l' orazione mentale o ſia meditazione, e per altri cotidiani eſercizj ſpirituali, ſecondo gl' inſegnamenti di S. Franceſco di Sales. Aggiuntovi un' eſercizio di preparazione alla morte, propoſto già dal P. Pinamonti della Compagnia di Gesù. In Faenza* 1753. *per il Benedetti in* 16. Amicis impellentibus hoc pium opus devotus Eremita typis edidit, ſuppreſſo tamen ſuo nomine, utens conſilio Salviani in epiſtola ad Salonium. „ Cum nullus profectus ſit in nomi- „ ne, qui profectum in ſcriptis invenit, ſu- „ perflue nomen ſcriptoris inquirit. “ Additur ad calcem: „ *Nota di alcune Indulgen-* „ *ze facile a conſeguirſi.*

BO.

BONARDUS Dominicus O. FF. Min. Convent. de Balneocaballo, „ Philoſophiæ, Theologiæ & Mathematicæ peritiſſimus, multarum Academiarum Regens, ſocius & a ſecretis Franciſci Sampſonis Miniſtri generalis Ordinis, fato functus eſt anno M. D. XII. “ Wadingus de eo ſermonem inſtituit ſub anno 1283. T. IV. ſuorum Annalium pag. 385.

BONELLUS Germanus a Balneocaballo monachus Camaldulenſis, cujus Ordinis inſtitutum profeſſus eſt in Cœnobio ſanctæ Crùcis Fontis-avellanæ. Mathematicis diſciplinis operam dedit ſub celeberrimo Guidone Grandio Abbate Camaldulenſi, & Piſanæ Univerſitatis Matheſeos Profeſſore. In Hiſpaniam tranſiens, permittentibus ſuis Superioribus, habitum Camaldulenſem commutavit cum habitu Monachorum Congregationis Vallis-oletanæ O. S. Benedicti. Ab idiomate Hiſpanico in Italicum tranſtulit vitam B. Oſannæ tertii Ordinis S. Dominici, quæ lucem aſpexit Romæ in 4. anno 1727.

BONOLUS Hieronymus O. FF. Min. Conv. Lugienſis quidem in Ducatu Ferrarienſi, locum tamen habet in hoc catalogo, quia hiſtorica monumenta in lucem emiſit tum Lugi patriæ ſuæ, tum Cotiniolæ, quæ poſtrema ſub ſpirituali juriſdictione Epiſcopi Faventini exiſtit. De eo verba faciunt Borſettus pag. 388. & Mazzuchellius.

BOSCHIUS Johannes-carolus Patricius Faventinus. Abbreviator Curiæ Romanæ anno 1743. Canonicus S. Petri anno 1744. A Secretis ſupplicum libellorum anno 1754. Prælatus Conſultor SS. Rituum & Sacræ Congregationis Conſiſtorialis anno 1757. demum S. R. E. Cardinalis anno 1766. & Summus Pœnitentiarius, ad gloriam & ornamentum patriæ ſuæ vivit: Opera ipſius ſunt, relata etiam a Mazzuchellio. „ De Apoſtolica B. „ Petri cathedra Oratio habita in Baſilica „ Vaticana ad Clementem pp. XII. Romæ „ typis Bernabò anno 1740. “

„ In funere Caroli V. Romanorum Regis, „ Imperatoris electi oratio habita in ſacello „ Quirinali VI. Kalendas decembris ad SS. „ D. N. Benedictum pp. XIV. Romæ typis „ Bernabò in 4. anno 1746. “

BOSIUS Johannes-baptiſta JC. & Eques præclarus. Laudatur a Flaminio in epiſtola ad cardinalem Puccium.

BOSO Magiſter ſcriptor nominatur ad annum 1207. in archivo Capitulari Canonicorum Faventiæ. Facile non erat, niſi calligraphus; titulus tamen Magiſtri ei tributus literatum quoque fuiſſe virum ſuadere poteſt, pro more eorum temporum.

BOVIUS Alexander. Inter celebres Pictores Balneocaballi ſtatuitur a Johanne-dominico Coleti pag. 13. Deceſſit die xv. octobris anni 1591.

BOVIUS Andreas Faventinus O. FF. Prædicatorum. „ Deſtinatus a ſacra Congrega„ tione de Propaganda Fide in Vallachiam „ & Ruſſiam, crudeliter mactatur ab hæ„ reticis. “ Ita Cavina pag. 32. Vitam ejus fuſiori calamo deſcripſit Magnanus, qui citat etiam Bollandianos ſocios, qui mentionem ejus ingerunt ad diem 22. junii in Prætermiſsis.

BOVIUS Andreas a Faventia, Definitor & cuſtos conventus Faventini O. FF. Cappuccinorum. *Lettera didaſcalica ad un Predicatore novello ſopra la maniera di ben comporre e condurre in tutte le ſue parti a buon' eſito e perfezione la Predica. A cui ſi aggiunge in fine una particolare iſtruzione per le Prediche catechiſtiche, e per i Panegirici. In Roma 1763. per Benedetto Franzeſi e Gaetano Paperi in 4. dedicata da Giuſeppe-maria da Locarno Predicatore e Guardiano Cappuccino al P. Franceſco-maria da Bergamo Predicatore del ſagro Palazzo apoſtolico dello ſteſſo ordine.* Eadem epiſtola didaſcalica recuſa fuit Vicentiæ anno 1769.

IDEM. *Vita della ſerva di Dio ſuor Maria Veridiana Carobbi Badeſſa di S. Paolo del ſagro Ordine di S. Franceſco in Faenza, deſcritta da un Religioſo Cappuccino e dedicata a Monſignore Vitale De Buoi Veſcovo di Faenza. In Faenza 1770. in 4.*

Vivit doctus & pius vir, ſingulare ornamentum ſui Seraphici Ordinis, & optime meritus de ſuo Conventu Faventino, conjungens ſimul cum perfecta aſceſi exercitia actuoſæ vitæ, & literariæ paleſtræ.

BRASCHINI Johannes-antonius Faventinus. Ordinem FF. Min. Conv. profeſſus, quem Rodulphus Tuſſinianenſis lib. I. pag. 268. Seraphicæ hiſtoriæ concionatorem ſui temporis celeberrimum vocat. Romæ, Florentiæ, Monœci & Vercellis miniſterium hocce apoſtolicum adimplevit. P. Auguſtinus Superbi Ferrarienſis addit Braſchinum a Pio pp. IV. miſſum fuiſſe concionatorem ad Patres S. Concilii Tridentini, & ſimul theologum, cujus etiam opera in hoc poſtremo officio uſus eſt S. Carolus Borromeus. Obiit anno 1582. Scripſit.

Meditazioni divote in lingua Italiana, editas iteratis typis Mediolanenſibus anno 1586. De Braſchino Franchinus in Biblioſophia pag. 295. Sed Cavina in *Præludio* ad hiſtoriam Faventinam Tonduccii pag. 34. Johannem antonium *Chiodarolum* appellat, cognominatum Braſchinum.

BRASCHIUS Antonius. A VVadingo Tomo IX. Annalium pag. 193. ad annum 1399. memoratur inter alumnos doctos Conventus Minorum Convent. Faventiæ tanquam inſignis per omnes Italiæ urbes concionator. Vita functus eſt Terdonæ.

BRASCHIUS Philippus Faventinus ex eadem Min. Conv. familia. Philoſophus, Theologus, multipliciſque vir eruditionis, prout ex tractatibus variis ab ipſo editis liquido innoteſcit, amiciſsimus Bartholomæi Riccii civis Lugienſis & Ferrarienſis, qui immaturum Braſchii obitum deflevit. Sed præſtat in medium adducere Riccii ipſius epiſtolam ex libro III. editionis Patavinæ anni 1748. ad pag. 349. quam occaſione mortis ejuſdem Braſchii ſcripſit Julio Magnanio univerſæ familiæ Franciſcanæ generali Miniſtro.

„ Philippus Braſchius Faventinus, unus

„ ex

ex tua Franciſcana familia, vir ſumma, ut noſti, doctrina, majori etiam ſacerdos integritate, doctiſſimorum vero virorum amicitiis, in quibus Vincentius Madius non ultimus erat, florentiſſimus, ſuperioribus diebus deceſſit. Hunc ego, vel poſt Madium, vel quantum Madius, amavi certe ita, ut etiam mortuum non parum diligam, ejuſque memoriam non ſolum amice præſtem, ſimque perpetuo præſtaturus, verum etiam, quantum in me eſt, eam ceteris quoque repræſentare ſtudeam, neque totum interiiſſe ſinam. Id autem de ceterorum more facere cogito, ſi in pariete e regione ejus tumuli lapidem, in quo inciſum ſit ejus epitaphium, defigendum curabo. Ad quam rem duo a cuſtode tuo tantum poſtulo, alterum, lapidem ex iis, quos multos fruſtra habet; alterum, locum in templo vacuum, cetera mihi ex meo ære comparaturus. Tum homo iſte miniſtro, ut vos dicitis, qui brevi expectabatur, rem remittit. Paucos poſt dies is venit. Hunc adeo, atque hoc idem ab eo peto, qui non ſolum benigne omnia mihi concedit, ſed gratias etiam agit, quod communi amico tantam memoriam procurem; quin etiam rogat, ut hanc eamdem epitaphii operam quatuor ejus generis ex veſtris ſacerdotibus, qui Faventiæ ſuperioribus annis deceſſere, dare ne negem. Recipio me illi omnia libenter facturum. Tum ille, mihi ut cuſtos lapidem attribuat, de loco etiam nihil impediat, jubet; atque ita diſceſſit. Redeo poſtridie, ut lapidem mihi deligam. Tunc cuſtos negat ullum lapidem adeſſe; qui vero adſunt; quod inficiari non poteſt, alienos eſſe ait. Ita etiam locum alii jampridem deſtinatum objicit. Quod cum audio, id verum eſſe ſuſpicari cepi, quod mihi ſecreto dictum fuerat, quoſdam ex iis ſola improbitate huic meo chriſtiano officio maxime eſſe adverſaturos, immo vero ſi obtinuiſſem, nullum dubium eſſe, quin etiam inſcriptum lapidem aut ſcalpello delerent, aut ſaltem aliquo modo turpiter fœdarent. Qui malevoli, ſi hoc agunt, ut hunc illi ſupremum honorem invideant, moriantur & ipſi, quantum cito velint; polliceor in meo etiam lapide pro eorum virtute in hoc genere laudis nihil eis eſſe defecturum. Qua de re tota mihi viſus ſum recte facere, ſi te certiorem facerem, teque id, quod etiam atque etiam facio, rogarem, ut cuſtodi tuo, quid agendum eſſet, ſcriberes. Nam ſi tua voluntas huic meo honeſtiſſimo deſiderio acceſſerit, ego amico meo poſtea non deero; ſin contra (quod tamen adduci non poſſum, ut credam) hac mihi epiſtola, quæ illi apud omnes epitaphii loco erit, ſatisfecero, quin etiam ipſum epitaphium, cujus tibi exemplum mitto, ipſi epiſtolæ adſcribam. Vale “

Subſequitur Epitaphium:

D. O M.

„ Philippo Braſchio Franciſcano,
„ Sacerdoti probatiſsimo,
„ Cum Philoſopho haud imperitiſsimo,
„ Tum ſuopte ingenio viro
„ Integerrimo, primum Chriſtiano
„ Concionatori, tum
„ Publico Metaphyſicæ in Ferrarienſi gymnaſio
„ Interpreti, vita, moribus, inſtitutis
„ Optime prædito.
„ V. Ann. XLI. Mor. III. non. jan. M. D. LVII.
„ Bartholomæus Riccius & amice fecit
„ & poſuit. “

Alteram dedit Riccius epiſtolam ad Hieronymum Palanterium Caſtri Bononienſis incolam ſuper obitu Braſchii, quæ ibidem legitur pag. 351.

„ Cur tantum Palanteri inſano iſti dolori indulges? cur te tantum affictas? cur tam diu in iſto mœrore ac luctu contabeſcis? Braſchius tuus, immo vero noſter, non, ut reris, e vita deceſsit, ſed in vitam, unde prius venerat, a nobis diſceſſit, ubi etiam nos lætus ad noſtrum diem expectat. Noſti, quam integre vixerit, vidiſti, quam quiete, quam in Chriſto animam egerit. Ecquid igitur iſto tuo perpetuo luctu tanto amico æternam gloriam tantam invidere videris? Redi tandem ad te, atque ad tua ſtudia, atque ita in ea incumbas, ut eum in iis ceteris aliquando referas, in ejus vero vivendi ratione ita inſiſtas, ut ejus optimos mores atque vitæ ſanctitatem in te exprimas. Me certe eum, qui in te amando nulli concedat, habebis; quin etiam, quoniam ei cariſsimus fuiſti, quem ego unice dilexi, mihi quoque nihilo minus acceptus eris, quem etiam poſſum in ejus locum referre. Vale. “

Et in epiſtola ad Camillum Campegium pag. 572. „ Quod meum Braſchium Philoſophum Chriſtianum hodie in ejus funere tam egregie laudaſti, & ſi vel quivis orator, multo etiam temporis ſpatio ad id faciendum ſumpto, vix ejus integritatis laudes dicendo aſſequi potuiſſet, eo tamen, quod tu quaſi ſubito, certe paucarum horarum ſpatio ad cogitandum dato, atque ſtrictim attigiſti, tibi eas gratias ago, quas ejus erga me benevolentia repoſcebat. Eam vero referam, quoties uſus venerit, quam meus in illum amor, cum viveret, poſtulabat. Vale. “

Tres idem Riccius epiſtolas dedit ad eumdem Braſchium, quas habes pagg. 179. & ſeqq. & in earum prima adjungit Braſchio Philippum Savorellium alterum eximium concionatorem, quæ incipit: „ Tantum ego vos amo, Philippi, quantum vos inter vos diligitis, niſi etiam magis &c. “ Demum de Braſchio verba facit etiam in epiſtola Libri IV. ad Jacobum Sorbium pag. 187.

De ipſo nonnulla leguntur apud Auguſtinum Superbi in Catalogo ms. Scriptorum Ordinis Seraphici, apud Petrum Rodulphum Hiſt. Seraph. lib. II. pag. 268. apud Borſettum T. II. pag. 174. Vide etiam VVadingum ſub anno 1399. T. IX. pag. 193. An-

nalium, ubi Philippum aſſerit in Peripatetica diſciplina non mediocriter eruditum, & publicum profeſſorem in Ferrarienſi Academia. Silet Mazzuchellius ad vocem *Braſchi*, ad aliam probabiliter vocem tractaturus de ipſo.

BRASICHELLENSIS Johannes-maria. Vide *Guanzelli Johannes-maria*.

BRUSANTUS Euſtorgius. „JC. & Eques, „ immatura morte ſublatus nono & vigeſimo „ ſuæ ætatis anno, honoribus Piſauri, Mu„ tinæ, & in patria Faventiæ præclare ge„ ſtis. “ Hocce elogium eſt Flaminii in nota epiſtola.

BUBANIUS Hortenſius e Balneocaballo monachus Camaldulenſis & Sacr. Theol. Profeſſor in Claſsenſi Cœnobio & Academia. In indice Magliabecchianæ Bibliothecæ adnotantur ſub num. 759. claſsis VIII. Hortenſii Bubanii monachi Camaldulenſis epiſtolæ ad ipſum Magliabecchium ab anno 1676. ad 1683. Sunt quinque epiſtolæ, in quarum poſtrema data die ſexta aprilis anni 1683. Bubanius admonet Magliabecchium, Academicos Concordes Monaſterii Claſſenſis ipſum elegiſse in eorum ſocium. Academia ſcilicet Concordium circa ea tempora in eodem Monaſterio ſub auſpiciis Fabii Guiniſii Archiepiſcopi Ravennatis erecta fuit; ad quam ſtatim acceſſere ex omnibus Italiæ cultis locis viri docti; atque inter Faventinos præ ceteris Carolus-andreas Sinibaldi Eques S. Jacobi, Paulus de Aurificibus, Salvator Perottus, & Abbas congregationis Cœleſtinorum monachorum Purpurinus Baroncinius, qui etiam carmina & verſus tum Latinos tum Italicos habent in Miſcellanea eorumdem Concordium typis per ea tempora edita.

BUCCHIUS Xantes a Fuſiniano, quem a Faventia facit Mazzuchellius (Fuſinianum ſiquidem ſub legatione Ferrarienſi, ſed ſub juriſdictione ſpirituali eſt Epiſcopi Faventini) Anno 1704. orationem Latinam inauguralem habuit, ob eloquentiæ cathedram obtentam in Seminario Faventino, ſtylo quidem florido & conceptibus referto, guſtum ſeculi tranſacti adhuc retinentem; quem tamen emendavit poſt id temporis, graviori & nobiliori ſtylo ſcribens. Teſtis Barbuchielliana oratio, qua vehemens & acer eo modo exagitat Barbuchiellium, judicem cauſæ ſuæ iniquum, quo Cicero Marcum-antonium Philippica ſecunda. Academica quoque lectio reperta fuit inter ejus ſchedas, quam pronuntiavit ſub principatu Archiepiſcopi Edeſseni Hierothei Stay Principis Academicorum Philoponorum. Verſus habet in collectione carminum Paſtorum Arcadicorum, in altera Academicorum Reformatorum Cæſenæ pag. 142. Ipſius honorifica memoria proſtat in elogiis Ferrariæ editis anno 1749. in laudem Nicolai Oddii Vicelegati Ferrariæ. Inter Arcades appellabatur Echenus Eurimedontius. Præfuit eccleſiæ parœciali S. Salvatoris Faventiæ, in qua etiam obiens amicorum mœrore, ſepulcri honore donatus eſt.

BUCCIUS Antonius Chriſtophori filius, Faventinus, Philoſophus & Medicus, qui duodecim annis Romanam urbem incoluit, a Senatu Romano anno 1605. VII. idus ſeptembris decoratus fuit privilegio Romanæ civitatis; id, quod refertur a Tonduccio in Hiſtoria Faventina pag. 105.

BUCCIUS Antonius alter junior & vivens, celebris in Faventino gymnaſio Philoſophiæ Profeſſor, „ De Inſtituenda regen„ daque mente libri tres. Romæ 1772. ty„ pis Michaelis-angeli Barbiellini in Ædibus „ de Maximis. “ Nuncupatoria epiſtola eſt ad Vitalianum S. R. E. Cardinalem Borromeum Æmiliæ Legatum, eum nimirum, qui literarum æque & literatorum eximius eſt ex ea nobiliſsima familia Mœcenas & judex. Præter excellentem Philoſophiam nitent libri aureo ſtylo. „ Opus eſt tyronibus utile, & in „ re Philoſophica emeritis ſumme jucundum; „ omnia ſapienter conſcripta, & ad elegan„ tem ſermonis ſimplicitatem, quæ dialogos „ decet, compoſita. “ Hæc approbatores operis hujus, quod jure merito laudant in ſuis ephemeridibus Romanis librorum cenſores.

BUCCIUS Vincentius Medicus atque Philoſophus edidit: „ De calido, frigido ac tem„ perato Antiquorum potu, & quomodo ca„ lida in delicium uterentur; ad Eminentiſ„ ſimum Cardinalem Principem Pamphilium. „ Romæ ex typographia Vitalis Maſcardi in „ 4. anno M. D. LXII. “

BUDRIOLUS Petrus-andreas Abbas. Sub hujus nomine, quem conſtat fuiſſe Forolivienſem, Romualdus Magnanus, Laurentius Zannottus aliique Poetæ Faventini in lucem dedere collectionem carminum illuſtrium Poetarum viventium, majori ex parte Faventinorum, duobus voluminibus annis 1723. & 1724. Faventiæ editis, typis Hieronymi Maranti. Cum enim Euſtachius Manfredius Bononienſis ſuperioribus annis aliam curaſset collectionem Poetarum, eamque ſub nomine Auguſtini Gobbii Piſaurenſis, qui tunc in Collegio Montaltino Bononiæ ſtudiis operam dabat, prodire fecifset; nonnihil indignati Faventini, quod ipſorum non multa habita fuiſset ratio a Manfredio, & Poetarum Faventinæ urbis neglecta fuiſsent illuſtria monumenta, de nova collectione cogitarunt, in qua præcipuas partes haberent Faventini, ac de nomine Budrioli in lucem exire voluerunt.

BULGARELLUS. Antiquus fuit civis Faventinus, qui juri civili ſtuduiſse videtur; nam in teſtamento, quod confecit anno 1185. Canonicis Faventinis tunc viventibus legavit Codicem, Summam, Digeſta &c. Vide Acceſ. Favent. col. 455.

BURGHIUS Alexander Mutilianenſis floruit deſinente Seculo XVI. Synopſim ejus vitæ habes apud Mazzuchellium ex Pinacotheca Erythræi. Acceptiſsimus fuit Alexander Summis Pontificibus Clementi VIII., Leoni XI. & Paulo V. Amicitiam coluit cum viris doctiſsimis ſui temporis, Marco-antonio Bonciario, Johanne-baptiſta Lauri, ſed præſertim cum Aloyſio Lollino Epiſcopo Bellunenſi, qui æque Burghium colebat, ut liquet ex epiſtola libri I. data ab Epiſcopo Lollino eidem Burghio, in qua ipſum ita alloquitur: „ Omitto multiplicem eruditionem, quam

Digitized by Google

„ quam in tanto ſtudio, ingeniique ſubtili-
„ tate non admiror, eximium in te ſum
„ expertus animi candorem, fidem ſingula-
„ rem, conſtantiam vero in amicitiis omni
„ pietatis genere excolendis ſummam &c. “ Epiſcopatum Burgi-ſancti-ſepulcri obtinuit Alexander a Clemente VIII. anno 1598. a quo tamen ſe abdicavit anno 1605. Obiit anno 1613. ſexageſimo quarto ætatis ſuæ anno. Typis Florentinis Junctarum edita fuit in 4. ipſius oratio, quam ad illuſtriſſimos & reverendiſſimos S. R. E. Cardinales pro novo eligendo pontifice habuit in baſilica S. Petri VIII. idus majas anni 1605. cum ſcilicet poſt mortem Leonis XI. electus fuit ſub nomine Pauli V. Camillus Burgheſius.

BURGHIUS Alexander junior Faventinus, Poeta Etruſcus, & Arcadicus Paſtor ſub nomine Daletis Carnaſii, vixit initio hujus ſeculi. Laudatur ab Euſtachio Manfredo. Reperiuntur ipſius Italica epigrammata in collectione Academicorum Reformatorum Cæſenæ anno 1718. pariter in Tomo IV. & VI. Paſtorum Arcadum, in alia collectione abbatis Budrioli anni 1723. & in Tomo IV. alterius collectionis Gobbianæ. De ipſo verba faciunt Creſcimbenius T. IV. pag. 248. *della Volgar Poeſia*, ubi etiam ſpecimen ejus verſuum producit, & Mazzuchellius, a quibus iſta hauſimus.

BURGHIUS Antonius Mutilianenſis Academicus Florentinus. Lectionem recitavit in Academia Florentina anno 1599. ſub conſulatu Michaelis-angeli Bonarotii junioris, ſuper verſus, vulgo *Stanze della Geruſalemme di Torquato Taſſo*. Ipſius meminere Canonicus Salvinius in Faſtis Conſularibus Academiæ Florentinæ pag. 341. & Mazzuchellius.

BURGHIUS Hippolytus. Fuit quidem Placentinus, ſed progenitus ex eadem familia, qua Alexander Burghius ſenior Mutilianenſis. Comes inſuper fuit, & Præſes Ducalis Conſilii Placentini. Extat ipſius conſultatio juris celeberrima „ de Legitima “ edita Placentiæ anno 1676. Fontana in Bibl. Legali P. I. coll. 156. & 157. ac Mazzuchellius ſermonem de Hippolyto inſtituunt cum multa laude.

BURGHIUS Nicola Comes & Patritius Faventinus. Habentur ipſius carmina Italica in Philoponorum parentalibus pro obitu Æmiliani Æmiliani pag. 83.

BURGHIUS Pompejus Nicolæ filius, Faventinus Comes & Patritius vivens. Anacreonticam Paſtoralem cecinit in mortem Canonici Tiberiacenſis Ignatii-guilielmi Gratiani. Legitur ad pag. XVII. carminum ejuſdem Gratiani, quæ ut publicis juris fierent Faventiæ typis Archianis anno 1770. maximus incitator fuit. Præterea plura ejus Poeſis ſpecimina habentur in collectionibus recentiorum temporum, & Poema verſibus ſolutis confecit in laudem Cardinalis Boſchii typis Benedetti Faventiæ impreſſum.

BURGOS Stephanus de Mutiliana. In Univerſitate Ferrarienſi edoctus fuit Medicam facultatem ab Antonio Muſa Braſavola, &

ab hoc laudatur in epiſtola nuncupatoria commentariorum ſuorum in Hippocratis Aphoriſmos. Vide Borſettum in Hiſt. Gymn. Ferrar. T. II. pag. 283.

BURSIERIUS Johannes-baptiſta, Medicinæ celebris profeſſor Faventiæ. „ De Anthelminthica Argenti vivi facultate ad Petrum Balanterium epiſtola. Faventiæ 1753. in 4. “ Hanc epiſtolam ad Jacobum bar-
A tholomæum Beccarium Medicum Bononienſem inſignem direxit Burſierius ex Faventia idibus januarii. Mazzuchellius eam refert pag. 1711. ubi etiam hujus epiſtolæ judicia efformata fuiſſe in notitiis Literariis aſſerit, quæ in ipſis videri poſſunt.

IDEM. „ *Saggj di Medicina prattica del dottor Pietro Paolo Dall' Arme*. “ Edidit Burſierius Faventiæ in 4. apud eumdem Archium, cui ſpecimini ſuas quoque adjecit notas valde utiles.

IDEM: „ *Delle acque di S. Criſtophoro.*
B „ *In Faenza 1761.* “ Modo Burſierius Medicinæ cathedram honorifice implet in Univerſitate Papienſi, in qua anno 1772. edidit typis Papienſibus in 8. pagg. 104. *Memorie ſopra i nuovi fenomeni ſcoperti nell' Analiſi Chimica del Latte*.

BUZZUOLA vel Buzzula Thomas, Ugolini mox referendi frater, ex ſtirpe fratris Equitis Alberici de Manfredis. Laudatur a Danthe libro I. cap. 14. ob nobilitatem loquutionis; aſſertur tum ab Allatio, tum a Creſcimbenio ſpecimen ejus carminum Itali-
C corum, quæ lingua & ſtylo meliora judicantur, quam illa Ugolini fratris.

BUZZUOLA Ugolinus frater jam dicti Thomæ, filius & ipſe Alberici Manfredi, Poteſtas Balneocaballi anno 1282. ex ſerie, quam affert Johannes-dominicus Coleti pag. 111. *delle Notizie Storiche della Chieſa archipresbiterale di S. Pietro in Silvis di Bagnacavallo*; quique anno 1285. una cum Alberico patre proditorie occidit conſanguineos ſuos in caſtro Sezatæ. In Chiſiana Bibliotheca habet Epigramma Italicum publici
D juris factum ab iiſdem Allatio & Creſcimbenio *T. III. della Volgar Poeſia pag.* 80. Taſſonus de Ugolino diſſerit in ſuis Conſiderationibus ſuper Petrarcham pag. 324., & de ipſo, ejuſque fratre Thoma verba faciunt & Quadrius in Hiſtoria Poeſis, & Mazzuchellius pag. 2482. Videantur etiam Acceſſiones noſtræ Faventinæ, ubi plura de Ugolino dicto Buzzuola, & Ginannius T. I. pag. 121., ubi de utroque fratre, quos nominat Buccolos. Anno 1287. Ugolinus accepit in uxorem Patritiam filiam Guidonis de Glauzano de Accariſiis; mentio fit de
E ipſo in Hiſtoriis Faventinis etiam ad annos 1292. & 1295. obiit demum die octava januarii anni 1301.

Digitized by Google

C

CACCIAGUERRA Eques & Medicus Faventinus. Memoratur a Tonduccio pag. 407. An ille eſt, de quo verba facit Johannes-antonius Flaminius in epiſtola de Laudibus Faventiæ? „ Andreas, „ inquit ipſe, Cacciaguerra Phyſicus, & A„ ſtrologus non incelebris, qui egregium il„ lud opus de judiciis ægritudinum ſecun„ dum Aſtrologiam reliquit. “ Extabat in veteri Eccleſia S. Andreæ O. PP. Prædicatorum de Faventia ad altare S. Petri martyris gothicis characteribus ſequens inſcriptio, quam procul dubio quadrare Cacciaguerræ noſtro arbitramur, Equiti, Phyſico, Medico & Aſtrologo. En ipſam:

„ M. ccc. nono ter decem quoque junctis
„ Annis honore Dei finxit examine
„ cunctis
„ Chaxaguerra, pater morum, pater
„ Aſtrologie,
„ Solemnis Medicus, Divum meditatus
„ honorem
„ Militie celſi proceriſque Georgii ſa-
„ cram
„ Condidit hanc aulam, toto quam ful-
„ ſit in Evo. “

Facile Cacciaguerra fundator capellæ S. Petri in eadem eccleſia, fuit Eques Ordinis S. Georgii.

CALDERONIUS Gabriel „ illuſtris famæ „ una cum filio nequaquam degenere, “ laudatur a Flaminio. Ipſe eſt, quem Aſtorgius III. poſtremus Faventiæ dominus Oratorem & procuratorem ſuum Romam deſtinavit anno 1499. quique particeps & director fuit conſiliorum & negotiorum ejuſdem cum Romano Pontifice Alexandro VI. & cum Republica Veneta. Poſt mortem violentam Aſtorgii, Vicariatum exercuit in urbe Brixienſi, biſque prætor fuit in Florentina urbe, annis nimirum 1512. & 1524. Egit, ut Faventia excuteret Venetorum dominium, ſub quibus aliquot annis pacifice quieverat, ac ſubjiceretur dominio Romani Pontificis. Demum Gabrielem fuiſſe celebrem juriſconſultum ex eo novimus, quod unus fuit ex iis, qui nova Statuta pro bono regimine & cuſtodia urbis Faventinæ condiderunt. Videatur de eo Cavina in continuatione hiſtoriæ Tonduccii pagg. 543. 549. 550. 555. 570. 576. 584. 619. Johannes-andreas & Franciſcus ejus filii, quorum alterutrum non degenerem a patre dicit Flaminius, fuere egregii Juriſperiti.

CALDERONIUS Gabriel-antonius Faventinus, Almæ Rotæ Ferrarienſis Auditor anno 1693. electus, Ferrariæque per integrum quinquennium verſatus, multa in lucem protulit, videlicet: „ Diſcurſus & alia Legalia, „ impreſſa apud Jacobum Balduccium in Ob„ ſervationibus ad Conſilia Ramon. in Tomo „ IV. “ Ex Borſetto T. II. pag. 288.

IDEM. „ Reſolutiones forenſes T. I. & „ II. cum S. Romanæ Rotæ deciſionibus. “ Editæ ipſæ fuerunt Bononiæ apud Montium anno 1700. præcedente epiſtola Latina Vincentii Maradii Juriſconſulti Faventini, in qua de nobilitate familiæ Calderoniæ fuſe diſſeritur, & præſertim de meritis auctoris, cujus laudes ex pluribus ſcriptoribus, qui de ipſo verba fecerunt, ſimul congeruntur. Abſente auctore præfedit Maradius editioni, ſummaria inſuper & indices adjecit operi; Auditor
A ſiquidem tunc erat Rotæ Genuenſis Calderonius. De ipſo videantur; quæ ſcribit Georgius-vivianus Marcheſius *Galeria dell' Onore P. I. pag.* 249. Fuit ſeculo XVI. celebris ex hac familia etiam Johannes-andreas, cui epiſtolæ datæ extant a Julio Caſtellanio Faventino Canonico, Fuit & Vincentius, cujus edita reperitur vindicatio cujuſdam prætenſi uxoricidii pro cive Faventino, In Codice 269. MSS. noſtrorum Codd. habemus Alexandri Calderonii carmen in libros variarum hiſtoriarum Johannis Tzetzæ.

B CALEGARIUS Johannes-andreas ex Briſichella. Patriam hiſtoriam una cum deſcriptione Vallis Lamonis contexuit, cujus exemplaria mſs. vidimus aſſervata in aliquibus Bibliothecis nonnullorum civium Faventinorum. Referendarius cum eſſet utriuſque Signaturæ, fuit anno 1579. electus a Gregorio pp. XIII. Epiſcopus Brittonorienſis, ac Nuntius Apoſtolicus ad Regem Poloniæ Stephanum Battorium. Obiit anno 1613. octuagenarius, humatus in ſua Cathedrali Eccleſia. Ughellius T. II. Ital. Sacr. col. 616. refert ſepulcrale elogium, quod ipſi ponendum erat in pa-
C tria, a Zarattino confectum. De Calegario mentionem faciunt Antoninus in Antiquitatibus Sarſinæ pag. 59. poſtremæ editionis Faventinæ, Campius in Hiſtoria Placentina P. III. pag. 13. Mandoſius, aliique.

CAMPIDORI Stephanus. Viris literatis Faventinis adjungitur a Romualdo Magnano pag. XVI. verum nihil ulterius de eo profert, neque ſcripta indicat.

CANIS Franciſcus-antonius. Imolenſis quidem, ſed tempore mortis ſuæ cœnobio O. ſervorum, quod Faventiæ eſt, adminiſtran-
D do præfectus, obiit anno 1686. ejus tamen ſepulcralis inſcriptio extat in eccleſia Imolenſi. De eo editores Annalium ejuſdem Ordinis T. III. pag. 337.

CANTINELLIUS Petrus. Origine Bononienſis, ſed extorris a patria tempore fugæ Lambertacciorum, Faventiamque receptus, ibidem lares fixit poſt medietatem ſeculi XIII. ſindicumque & procuratorem egit, tum Capitularis cœtus Canonicorum, tum Communitatis Faventinæ ad Romanos Pontifices, annis præſertim 1279. & 1294. Chro-
E nicon ſcripſit rerum, quæ evenerunt ſuo tempore, quo omnia, quæ ad Faventinam ejus ævi hiſtoriam pertinent, complectitur, plura etiam, quæ ad finitimas urbes Bononiam, Imolam, Ravennam, Forum livii, Cæſenam, Ariminum totamque provinciam Æmiliam ſpectant, dilucide & ſincere exponit, itaut inter plura Chronica, quæ prodiere ab aliis ſcriptoribus concinnata, videatur Cantinellius, tum tempore, tum merito & fidelitate palmam ceteris præripere. Ipſum Chronicon produximus

Digitized by

duximus in Acceſſionibus Hiſtoricis Faventinis, judiciumque tulimus, multaque ibidem de Cantinellio, & de ms. codice aſſervato in tabulario Eugubino, ex quo varia exemplaria pro uſu civium Faventinorum confecta fuere, diſſeruimus, ipſum quoque conferendo cum Chronico Foro-livienſi Morattini, qui videtur ex illo Cantinellii profeciſſe.

CANTONI Antonius. Patriæ Faventiæ Epiſcopus datus a Benedicto pp. XIV. anno 1742. Synodum diœceſanam celebravit anno 1748. diebus 25. 26. 27. menſis junii. Præit Oratio ab ipſo habita ad congregatos ſacratos viros in prima Synodali actione; Sequuntur Conſtitutiones diœceſanæ. Ex Faventina ſede ad Archiepiſcopales Ravennates infulas translatus anno 1767. a Clemente XIII. ut olim initio Seculi XIII. Ubaldus ex Faventia Ravennam ſimiliter ab Innocentio III. translatus fuerat, maximum ſui deſiderium civibus Faventinis reliquit, & a Ravennatibus ſummo cum honore & gaudio fuit receptus; vivitque Prælatorum ornamentum & decus, vindexque acerrimus jurium eccleſiæ ſuæ antiquiſſimæ & nobiliſſimæ.

CANTONI Johannes-baptiſta, inter Arcades Floraldus Meſſaticus. Nominatur a Creſcimbenio, unuſque ex primis fuit conditoribus Coloniæ Lamoniæ. Pater fuit Antonii Epiſcopi Faventini, inde Ravennatis Archiepiſcopi mox laudati.

CAPALLA Johannes-maria Saluthienſis ex O. FF. Prædicatorum Lector theologus. *Scintille della fiamma innoxia, cioè avvertimenti e deduzioni fatte ſopra il miracolo della Madonna del Fuoco occorſo in Faenza l' anno 1567. con un trattato di alcune neceſſarie oſſervazioni pertinenti a ciaſcheduno Criſtiano; e nell' ultimo un Ragionamento per occaſione di un fatto, con l' aggiunta di alcuni miracoli. All' illuſtriſſimo e reverendiſſimo Cardinale Aleſſandrino Camerlingo Apoſtolico. In Bologna per Aleſſandro Benacci* 1569. Quem auctorem idcirco reponimus in præſenti Scriptorum ſyllabo, quia agit de memorabili & prodigioſo facto, quod ſub Pio V. anno 1567. contigit in urbe Faventina prope Monaſterium ſacrarum virginum O. S. Dominici ad eccleſiam S. Cæciliæ. Ceterum opus eſt potius morale & dogmaticum, quo confirmantur Catholicæ veritates. Citatur ea occaſione ad eum annum a Cavina in Hiſtoria Faventina Tonduccii.

CAPERANUS Alexander Poeta Faventinus. De eo hæc habet Creſcimbenius T. V. pag. 56. „ Floruit ſub Alexandro pp. VI. „ Ejus Italica epigrammata una cum duabus comædiis edita fuere Venetiis anno „ 1508. in 8. cum titulo: *Opera nuova*.; " Forte is eſt, quem Tonduccius Ceperanum vocat. Vide *Ceperanus Alexander*.

CARMENTUS Cæſar. Orator & Poeta egregius dicitur a Flaminio, ipſiuſque ait feciſſe mentionem Angelum Politianum. Re ipſa vera extat Carmenti epiſtola Politiano data; & hujus reſponſum ad Carmentum idibus januarii anni 1488. inter Politianenſes libro IV. In hoc reſponſo Politianus elegantiſſimas appellat Carmenti epiſtolas. Alia Politiani ad eumdem, ſed breviſſima legitur in libro VIII. earumdem epiſtolarum.

CAROLUS de Faventia O. Servorum B. Mariæ, Orator eximius, ut fidem faciunt Orationes ab ipſo recitatæ in ſacello Pontificio. In lucem emiſit etiam Quæſtiones Quodlibetales. Studio ſuo pariter & induſtria typis impreſſa prodierunt opera Nicolai Petri Senenſis confratris ejuſdem Ordinis, qui ad Deum abierat anno 1350. nimirum Sermones de Sanctis, explicationes & luculentæ Conciones ſuper Epiſtolas & Evangelia per dies Dominicos, & explicatio locupletiſſima ſuper Pentateuchum. Addit Magnanus pag. 240. lib. primi, Carolum reliquiſſe aliquot opuſcula, quæ confecit in honorem immaculatæ Conceptionis B. Mariæ V. Fuit Carolus Procurator generalis ſui Ordinis in Curia Romana, atque defunctus eſt anno 1491. Florentiæ tumulatus in SS. Annuntiatæ templo ſui Ordinis.

CARRANTI Petrus-maria e Cotiniola. Notus nobis eſt ex teſtimonio Magnani T. II. pag. 39. ad vitam Raynaldi Gratiani Cotiniolenſis Generalis Miniſtri O. S. Franciſci, inde Archiepiſcopi Raguſini. Unus ex majoribus Petri-mariæ Matthæus Carrantus Cotiniolenſis, Flaminii amiciſſimus ab hoc epiſtolam recepit XXII. libri V. anno 1514. quæ verſatur in diluendis objectionibus Carranti, quod is (Flaminius) Romam miſerit M. antonium filium ſuum.

CARROLI Antonius Briſichellenſis preſbyter Oratorii, & diſcipulus S. Philippi Nerii. Edidit opera non vulgaris doctrinæ ad pietatem ſpectantia, teſte eodem Magnano T. II. pagg. 106. & 131. ad vitam Mariæ Saletti ſimiliter ex Briſichella; inter quæ: *Prattica breve per procurarſi la ſalute dell' anima, ſtampata in Roma per il Facciotto*, 1617. Pie deceſſit anno 1626.

CASA (*della*) Silveſter Epiſcopus Faventinus, ad quam Eccleſiam electus fuerat anno 1412. licet pacificam poſſeſſionem ejus dignitatis, curante Martino pp. V. non obtinuerit niſi anno 1418. Quievit in pace anno 1428. „ Vir reconditæ doctrinæ " appellatur ab Ughellio T. II. Ital. Sacr. col. 503. Latent tamen ejus opera.

CASALIUS Bernardus & ejus filius Bartholomæus, nec non Nicolaus. Laudibus efferuntur tanquam egregii Juriſconſulti a Flaminio. Certe Bernardus unus fuit ex quatuor viris deputatis ad condenda Statuta urbis Faventiæ anno 1410. a Johanne-galeatio de Manfredis urbis Principe, quæ in vulgus exiere confirmata a Gregorio pp. XII. anno 1414. Vide *Statuta*.

CASALIUS Hieronymus notarius Faventinus. Ad annum 1485. ex tabulario Azzurinio Sæc. VIII. filius dicitur „ q. nobi- „ lis & famoſi legum doctoris Bernardi de „ Caſalis de Faventia Capellæ S. Salvato- „ ris " nimirum Bernardi ſuperius dicti.

CASALIUS Jacobus q. Andreæ, alter

nota.

notarius ad annum 1389. Ex iiſdem chartis Azzuriniis Sacc. VIII. innoteſcit.

CASALIUS Johannes-baptiſta. Locum habet inter excellentes Medicos Faventinos in epiſtola Flaminii. Præfationem ipſe fecit Auſcultationibus in parvam Galeni artem Antonii Cittadinii, editis Faventiæ anno 1523. quas ipſe vulgavit.

CASALIUS Paulus. Illuſtris vir, quo utebatur Guidubaldus II. Feltrius Urbinatium Dux IV. tanquam miniſtro ad magnos Principes & Reges magnis de rebus, ut ait Sebaſtianus Regulus in nuncupatoria ad ipſum Guidubaldum explicationum ſuarum in Ciceronis orationem primam in C. Verrem, ad annum 1564.

CASELLA Matthæus. De celebri hoc viro ſequentia profert Johannes-antonius Flaminius. „ Quantus vir fuerit Matthæus Caſella, non ſolum teſtatur inclytus Ferrariæ Dux Alphonſus, cui ſummam rerum ſuarum nuper commiſit, ſed & tota Italia, & externæ ſimul gentes, quo tempore agitata eſt illuſtris illa inter Clementem VII. Pont. Max. & ipſum Ferrariæ Ducem controverſia, Romanorum Imperatore Carolo V. judice. " Orator inſuper fuit Caſella Herculis Ferrariæ Ducis annis 1525. & 1526. Plura de ipſo habentur in epiſtolis Bartholomæi Riccii Lugienſis, & quidem honorifica. Leander Albertius pag. 311. laudat excellens ejus ingenium, graviſſimumque conſilium tam ſub Alphonſo, quam ſub Hercule ſecundo ejus filio Eſtenſibus Ducibus.

CASELLA Scipio. Eques Faventinus, floruit initio ſeculi elapſi. In lucem protulit: *Paragone del Cavaliere e del Capitano; all' illuſtriſſimo e reverendiſſimo Signor il Signor D. Aleſſandro Cardinale di Eſte. In Venezia preſſo Marco Guariſco* M.DC.VII. *in* 4.

CASSIANIUS Antonius. Vir integerrimæ vitæ & ſingularis doctrinæ, alumnus Conventus Minor. Convent. Faventiæ, & Provinciæ Bononienſis miniſter, dignis laudibus honeſtatur a Wadingo Tom. IX. Annal. pag. 193. ad annum 1399.

CASTELLANIUS Julius „ Faventinus Canonicus, Cariatenſis inde Antiſtes, rei philoſophicæ & oratoriæ ſcientia multos ſua ætate vicit. Scripſit ſuper Logicam Ariſtotelis; de Humano intellectu ad mentem Platonis; ſuper Ciceronis Academicas quæſtiones; In maxima celebritate vixit anno 1580. " Hæc paucis verbis, citato Cavinæ loco, pagina ſcilicet XIV. Introductionis ad Hiſtoriam Faventinam Tonduccii, Georgius-vivianus Marcheſius in Monumentis Virorum Illuſtrium Galliæ Togatæ pag. 79. Quæ placet pluribus illuſtrare in perennem memoriam inſignis hujus viri.

Julius Caſtellanius, nepos Petri-nicolai ex Caſtellaniis, de quo infra, Faventiæ natus, patruum, niſi ſuperavit, ſaltem in Philoſophicis æquavit; in arte vero Oratoria, & in Poetica facultate vicit. Diſcipulum ſe teſtatur fuiſſe Sebaſtiani Reguli Briſichellenſis celeberrimi ſui temporis Oratoris; in Philoſophia autem Vincentii Madii legentis in Univerſitate Ferrarienſi, de quo præceptore valde gloriatur; amantiſſimos autem ſui fuiſſe Petrum Victorium, & Franciſcum Robortellium. Canonicus factus in Cathedrali eccleſia patriæ, aſſumptus quoque fuit, ut Lector publicus foret Sapientiæ in Urbe, amicitiis ibidem virorum præſtantiſſimorum munitus, immo S. R. E. Cardinalium, & ipſorum Romanorum Pontificum protectione
A gaudens, & præſertim Cardinalis Franciſci Gonzagæ, ad cujus ſervitium & obſequium erat addictus, ut indicant epiſtolæ Julii ad eos ſcriptæ, de quibus mox dicemus, a Sixto V. Romano Pontifice felicium ingeniorum probo cognitore, Epiſcopus Cariatenſis electus fuit, qua tamen dignitate frui non eſt diutius permiſſus, decedens Romæ anno 1586.

Quoad lucubrationem ſuam de Humano intellectu, dicavit eam Julius libris tribus Coſmo Mediceo Etruriæ Duci, Florentiæ & Senarum Domino, in cujus nuncupatoria epiſtola hæc de familia illa principe proloquitur: „ Incredibili ardebam deſiderio tibi
B ſignificandi maximam meam erga te pietatem & obſervantiam, quæ mecum ſemper adolevit in me, a pueritia orta, poſtquam a parentibus ſæpe meis audivi, Petrum Nicolaum patruum, eruditiſſimum illum virum, atque Philoſophiæ & aliarum bonarum artium ſtudio præſtantiſſimum, Majorum tuorum ſingulari eximiaque virtute hominem ſtudioſiſſimum ſemper fuiſſe, & illis cariſſimum, quo tempore maxime cum ſui laude & gloria Piſis Philoſophiam publice profitebatur,
C ac deinde ſuos pulcherrimos de Animorum noſtrorum Immortalitate libros Clementis VII. & ſecundi ex præclariſſima gente tua ſummi Pontificis nomine conſecraſſe, & ab eo ſanctiſſimo ac beatiſſimo viro egregiis ſane laudibus honeſtatum, & ſummis amplificatum honoribus fuiſſe. " Tres hi libri de Humano intellectu lucem aſpexere Bononiæ anno 1561. apud Alexandrum Benaccium. Cecinit duplici carmine in Caſtellanii laudem Antonius Sulphrinius in fronte hujus Operis.

Hieronymo Dandino Epiſcopo Imolenſi nuncupavit Caſtellanius alterum opus ſuum;
D nimirum Diſputationem adverſus M. Tullii Ciceronis Academicas Quæſtiones; qua diſputatione omnium pene Philoſophorum opinio de percipienda veritate comprehenditur, & Ariſtotelis ſupra ceteros omnes extollitur Philoſophia. Antonius Giaccarellus & Peregrinus Bonardus ſocii excudebant Bononiæ menſe martii anni M.D.LVIII. in 8. Errore Johannes-albertus Fabritius Biblioth. Lat. T. I. pag. 135. adducens hanc diſputationem, Johannem Caſtellanium pro Julio auctorem facit hujus Operis.

Deſcendimus ad cetera Caſtellanii opera.
E Hæc ſunt epiſtolarum libri tres; Orationes tres de Summo Pontifice deligendo; De Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramenti præſtantia; De Laudibus Johannis-baptiſtæ Seghicellii Faventini Epiſcopi. Hæc omnia cura Honuphrii Monii Canonici Faventini impreſſa fuere Bononiæ apud Johannem Roſſium, & dicata Cardinali Ferrerio anno 1575. quibus orationibus adjectæ fuere poſtmodum anno ſequenti

ti aliæ duæ , una in ingreſsu Hannibalis
Graſſi ad Epiſcopatum Faventinum anno
1575.; altera de puerorum Seminarii utilita
te. Libenter ſyllabum eorum , ad quos datæ
ſunt Julii epiſtolæ , ſubjicimus, ut neminem
lateat , cum quibus quantiſque viris epiſto-
licum commercium ſervaverit . Datæ itaque
ſunt: Ad Aloyſium Cornelium , ad Bernar
dum Navagerium, ad Carolum Borromæum,
ad Chriſtophorum Madrutium , ad Franci-
A ſcum Gonzagam, ad Franciſcum Alciatum ,
ad Fulvium Corneum, ad Gabrielem Paleot-
tum , ad Guidonem Ferrerium , ad Julium
Feltrium, ad Marcum-antonium Amulium ,
ad Ptolomæum Gallium, ad Rodulphum Pium
Carporum principem & Faventinum Epiſco-
pum, ad Scipionem Rebibam; omnes S. R. E.
Cardinalitio pileo ornatos . Extant ipſius &
ad Pium V. & ad Gregorium XIII. Roma-
nos Pontifices epiſtolæ . Ceteri , quibus epi-
ſtolas ſcripſit, fuere: Benedictus Manzolius ,
Cæſar Gonzaga Melphitenſium Princeps, Fri-
B dericus Pendaſius Philoſophus, Flaminius No-
bilius , Flaminius Pappazonius , Fabius Ca-
randinius , Honuphrius Monius , Johannes-
baptiſta Seghicellius , Johannes-evangeliſta Ni-
coluccius, Johannes-evangeliſta Valerianus ,
Johannes-vincentius Gonzaga Baroli Prior ,
Julius Maſettius , Julius-cæſar Gotharellius ,
Johannes-andreas Calderonius, Ludovicus Mu-
ratorius, Marcus-antonius Herculanius , Phi
lomenus Boccatius , Scipio Cittadinius, Ulyſ
ſes Aldovrandus. Inter eas habentur & Fla-
minii Nobilii , & Franciſci Alciati , & Gui-
donis Ferrerii , & Honuphrii Monii , & Ju-
C lii-cæſaris Gotharellii epiſtolæ datæ ad Caſtel-
lanium. Memorat Julius in iis epiſtolis com-
mentarium ſuum de Dignitate & præſtantia
Deiparæ Virginis, alterumque de Veneratio-
ne & patrocinio Sanctorum , & de Imagini-
bus & miraculis Sanctorum . Cecinit præte-
rea in morte Herculis Gonzagæ Cardinalis
Mantuani carmine , vitamque ipſius edidit ,
quæ impreſſa fuere Mantuæ anno 1564. in
Collectione Latina & Italica variorum aucto-
rum, qui obitum præſtantiſſimi Cardinalis de-
flevere . Dicebatur Julius L'*Aſciutto Accade-
mico Invaghito*.

D

CASTELLANIUS Petrus nicola, Julii mox
dicti patruus, Philoſophus, Medicus & Poe-
ta celeberrimus , vixit deſinente ſeculo xv.
& ad plures annos ſeculo ſequenti : Ipſius
opera, ſervato ordine temporum exhibemus ,
atque illuſtramus.

„ Traductio ſapientiſſimi philoſophi Ariſto-
„ telis Stagiritæ Theologiæ ſeu Myſticæ Phi-
„ loſophiæ ſecundum Ægyptios noviter re-
„ pertæ; " cujus operis rationem reddit in
monito ad Lectorem . „ Franciſcus Roſeus
„ Ravennas (inquit) , lector ſtudioſe , ex
E „ inclyta Damaſci bibliotheca in Italiam nu-
„ per advexit fidæ vetuſtatis codicem , cui
„ titulus : *Theologia Ariſtotelis a Græca lin-*
„ *gua pridem per Abenamam Saracenum in*
„ *Arabam translatum* . Quod opus cum mi-
„ hi dijudicandum exhibitum fuiſſet , Moſe
„ Rova interprete, oratione juxta Arabicum
„ ſtylum indigeſta , ac ob imperitiam Lati
„ nitatis illiterata , quando quidem maxime
„ placuit ob ſublimia theoremata , præſer-
„ tim autem quamplurimas ſententias reli-
„ gionis Chriſtianæ unanimes , adverſus im-
„ pios apprime conducibiles , ſubiit animum
„ Romanæ ecphraſeos toga donare , ne diu
„ tius tam pretioſus liber tanquam a pyra-
„ tis Græco pallio exutus , ſagoque barbaro
„ indutus , verecundia publicum fugeret . "
Franciſcus Roſeus librum a Caſtellanio tranſ-
latum dicavit Leoni X. Romano Pontifici ex
Ravenna Kalendis januarii anni M. D. XIX.
quem nimirum ante triennium Damaſci agens
repererat , & in Cyprum ſe recipiens per
Moſem Rovam Phyſicum Arabicæ linguæ
peritiſſimum Philoſophum in ſermonem Ita-
licum communem qualemcumque verti fece-
rat , ſed in Italiam reverſus eidem Caſtel-
lanio , ut diximus, recenſendum tradiderat ,
qui Latino ſermone opus donavit . Excuſum
autem ipſum fuit in Alma Urbium principe
Roma apud Jacobum Mazocchium Romanæ
Academiæ Bibliopolam anno Incarnationis
Dominicæ M. D. XIX. Kalendis junii Pontifi-
catus SS. D. N. D. Leonis X. Pontificis an-
no ejus ſeptimo . Male habet hanc Caſtella-
nii verſionem Jacobus Carpentarius , quam
dicit inſulſam, ſed Franciſcus Patritius, qui
libros de Myſtica Theologia Ariſtotelis recu-
di fecit in ſua de Univerſis Philoſophia, edi-
ta Ferrariæ anno 1591. & Venetiis 1593.
prætulit Carpentarianæ Caſtellanianam tradu-
ctionem, licet barbariuſculam , „ quoniam ,
„ inquit , non tam ſumus delicati , ut verba
„ ſententiis præferamus . " Vide Fabricium
in Bibl. Græca T. II. pag. 162. qui inſuper
pag. 167. Epiſtolam Ariſtoteli tributam. „ De
„ conſervatione humani corporis " verſam per
neſcio quem Nicolaum , quem Caſtellanium
opinatur , ceteris ejuſdem verſionibus adjun-
git , ut etiam nos opinamur.

„ Ariſtotelis libri Analytici poſteriores
„ emendati & elucidati per novam interpre-
„ tationem a clariſſimo Philoſopho & Medi-
„ co Petro-nicolao ex Caſtellanis Faventino . "
Ad hos hæc præmittit calchographus Johan-
nes-maria ex Simonettis Cremonenſis: „ Ac-
„ cipe lector, quiſquis es , veræ Philoſophiæ
„ ſtudioſus , novam in libros Ariſtotelis A-
„ nalyticos poſteriores interpretationem , &
„ a me impreſſam , factam ab excellentiſſi-
„ mo doctore Petro-nicolao Faventino noſtri
„ temporis polihyſtore , cum capitibus ſen-
„ tentiarum , imitatu Græcorum aliquot ,
„ teſte Themiſtio , & cum titulis capitum
„ ac indicibus titulorum , ſed & dictorum ,
„ ad meliorem intelligentiam ac memoriam;
„ & expecta brevi a me ſimiles in aliquos
„ Ariſtotelis libros ejuſdem auctoris transla-
„ tiones impreſſas ; ad hæc & opus unum
„ de Immortalitate Animorum , atque alte-
„ rum totius Logicæ Peripateticæ compen-
„ dium , poſtremo etiam Philoſophiæ ſecun-
„ dum Peripateticos dilucidarium . Bene vale
„ lector optime , & lingua atque animo ,
„ immo & manu auxiliari nobis fave . Fa-
„ ventiæ M. D. XXIIII. VI. Kal. junii : " Hoc-
ce opus in libros Ariſtotelis Analyticos po-
ſteriores nuncupavit Petrus Nicolaus reve-
rendiſſimo antiſtiti ac illuſtriſſimo Principi
Herculi Gonzagæ Epiſcopo Mantuæ deſigna-
to meritiſſimo , dominoque obſervandiſſimo ,
quem laudat , quod „ philoſophica ſtudia
„ hu-

„ hujuſmodi tanto ſtudio & diſcens & fovens amplecteris, ut nihil alterum mediteris, nihil aliud moliaris; unde & Bononiæ confidens, procul ab otio patriæ ampliſſimo, Pomponatium civem tuum Philoſophum celebrem docentem ſedulo adis, atque eruditos domi ſubinde audis, eloquentiæ ſapientiæque omnifariæ præceptores, in quos etiam, & in omnes alios viros doctos tam liberalis extas & pronus, ut in eis promerendis nulli ſumptui, nulli curæ parcas. Jure igitur omni tibi literarum cultori & fautori maximo, optimoque literarium hocce meum nuncupo opus. Faventiæ M. DXXIIII. VIII. Kalendas Junii. “ Sunt libri duo cum copioſo indice; poſt ipſum ſequitur epigramma ſeu excuſatio auctoris apud lectorem probum adverſus obtrectatores:

„ Æmulus hinc carpet, reor, & Græce inſcius illinc,
„ Eſto, horum potius damnet uterque velim.
„ Ut canis e Nilo bibit & fugit, auguror idem.
„ Cedet & a ſcriptis craſſa Minerva meis.
„ Hoc & amo, Archadicos ita Stagirita legentes
„ Jam procul a libris juſſit abeſſe ſuis.
„ Ergo mihi raris gratum eſt ſatis auribus .....
„ Et Gonzaga unus ſit Plato pro populo.

„ Ariſtotelis Elenchi, tranſlati, emendati, diviſi, expoſiti, inſtructique, auctore Petro Nicolao Faventino Philoſopho ac Medico. “ Præit ſequens carmen interpretis ad lectorem ingenuum:

„ Has Sophiæ argutas lege candide lector Elenchos
„ Nunc quod Ariſtotelis jure putabis opus.
„ Et ſpreta, tritico jam veſcere, glande, reperto
„ Ni magis Heraclito hanc judice forte velis.
„ Jamque Sophiſtarum tot dogmata ſtulta novorum
„ Ac Logicæ valeant barbara ſcripta rudis. “

Caſtellanius dicat Elenchorum libros magnifico ac inſigni viro Domino Franciſco Guicciardinio Patritio Florentino, Juriſconſulto ampliſſimo, Æmiliæque Prolegato ac Præſidi integerrimo. Libenter vero in medium proferimus hujus viri laudes, quas proſequitur multis Caſtellanius, qui in hunc modum præfatur: „ Cum inter loquendum de literis (ut ſæpe facis poſt negotia peracta) Clariſſime Præſes Franciſce Guizzardine, me quandoque adhortatus ſis ad proſequendam lucubrationum mearum editionem, ut ſum parendi tibi cupidus, ſtatim animum ad opus injunctum converti; quare præſertim libros Logicæ cœpi primo emittere, quoniam ea ars eſt doctrina prior, & ad veram Philoſophiam inſtaurandam (ut molior) principium; tranſlationem novam autem maxime Elenchorum Ariſtotelis imprimendi ſubiit impetus, tum quod illi maxime opera hujuſmodi indigent, quare a multis gymnaſticis lectoribus efflagitantur, utpote ad ſophiſticam exterorum amovendam, impeditricem potius quam adminiculatricem veritatis explorandæ, ſunt nuſæ potiſſimæ. Interpretationem itaque ipſam tibi dico, & quoniam tu eruditionis ejus præcipuus es auctor, & quia vir es, cui talia a literatis officia debeantur. Accedit quoque, quod ultra amplam in jure utroque tuam cum probitate & experientia excellentiam, ea extiterunt præclara in rebus agendis tui geſta, ut ſilentio involvi ſine culpa non poſsint. Quare ut ego vel iſta percurram, hujuſce operis dicandi occaſionem arripiam. Adoleſcens igitur pene adhuc Legationem Reipublicæ florentiſſimæ adeptus, ad Catholicum Aragonum Regem Ferdinandum, ea tanto cum ſucceſſu bene perfunctus es, ut non modo a Senatu Florentino, ob Legationem egregie geſtam, laudatus plurimum fueris, ſed etiam a glorioſiſſimo illo prudentiſſimoque ætatis noſtræ Rege probatus atque honoratus admodum abieris. Deinde Mutinam, ac paulo poſt Regium Lepidi, deinceps etiam Parmam ad urbes intra ſe per quam diſcordes proconſul miſſus, quam optime ſtatim eas pacaſti, ſed & Regium (quam urbem Gallorum exercitus improviſo impetu capere voluerat) opportune ac viriliter tutatus, paulo poſt cepto contra Gallos bello, junctis Eccleſiæ ac Caroli Romanorum Regis ſocialibus copiis, Commiſſarius generalis in eo exercitu a Leone decimo Pontifice tam optimo quam maximo electus, munus tuum ſumma cum laude adminiſtraſti. Ac defuncto ſtatim eodem Pontifice, unus incredibili animi conſtantia Parmam a Gallorum exercitu obſeſſam & oppugnatam auxiliiſque omnibus deſtitutam conſervaſti. Quæ mira defenſio non mediocriter reſurgentes Gallorum vires & incepta cohibuit. Poſt mortem vero Hadriani VI. ſopitis propter longum interpontificatum Sedis Apoſtolicæ viribus & reverentia, non parum momenti ad Mutinam ſub Eccleſiæ ditione ſervandam, quam ingredi Dux Ferrarienſis nitebatur, providentia & auctoritas tua attulit. Nuper vero Flaminiam ingreſſus, cui a Clemente VII. Pontifice ſanctiſsimo ac vere maximo præfectus es, & quam tumultuoſam, totque cædibus ac incendiis fœdatam repereras, ſtatim eam ſolo adventus tui nomine, juſtitiæ ac judiciorum auctoritate reſtituiſti, miniſtros etiam, quos minus probos deprehendiſti, locis amovendo, & talem te initio magiſtratus tui præſtitiſti, & quotidie præſtas, ac tam rara integritate & prudentia provinciam adminiſtras, ut omnes probi viri uberes boni regiminis fructus ſentientes, non potuiſſe melius a prudentiſſimo Pontifice ſaluti hujus regionis conſuli arbitrentur. Sed hæc non pauca nec parva ſint ſatis &c.

Tum

Tunc Caſtellanius de ordine, quem ſervavit in curanda verſione ſua poſt illas Boethii aliorumque, diſſerit, clauditque opus cumhoc Epigrammate ad eumdem Guicciardinium.

,, Qui verum obſervans, horres mendacia, utrumque
,, Inſpiciens, Sophiam cultor utramque foves,
,, Accipe mendaces contra ignavoſque Sophiſtas
,, Iſtud elenchorum, maxime Præſes, opus.
,, Utile thema facit, parvum auctor, nobile munus
,, Mens etiam gratum prona dicantis agat.

,, Faventiæ M. D. XXIIII. XIII. Kalendas ,, octobris. "

Ad calcem: Johannes-maria ex Simonettis ,, Cremonenſis Faventiæ imprimebat anno ,, M. D. XXV. nonis januarii. " Sequitur epigramma Latinum Johannis-baptiſtæ Quarantini, de quo ſuo loco. Demum ad lectorem ingenuum excuſatio Interpretis, poſt copioſum indicem.

,, Inſignis, quæ ſit ſumma & ſententia libri,
,, Pagina cum numeris indicat eſſe ſuis.
,, Lector ad ecphraſim nihil ergo candide deſit
,, Tu niſi mentis ope, ſis quoque mente carens
,, Sed puto mox ſegmenta operis collecta requires,
,, At modo nec deſunt (ſi memor) iſta tibi.
,, Forſan & exoptas gloſſemata ſingula verbis,
,, Hæc quoque ſed conſtat (ſi ſapis) ampla meis.

Demum legitur Præmonitio ejuſdem Caſtellanii ad lectorem barbarum.

,, Quod Sophiam facili ac Latio ſermone latentem
,, Et referam ſenſu compoſito atque brevi,
,, Quiſquis es alterius voti, ne ſcripta laceſſas;
,, Non ſunt facta tibi hæc, ſed tibi diſſimili.
,, Non aurum doctrinæ aſino, vel jaſpida gallo,
,, Margaritaſque ſui, neſcius ipſe dedi.

Meminit & Fabritius T. II. pag. 116. Biblioth. Græcæ hujus verſionis Elenchorum factæ a Caſtellanio.

,, Petri-Nicolai Caſtellanii Faventini ad ,, Clementem VII. opus de Immortalitate ,, Animorum ſecundum Platonem & Ariſtotelem. Johannes-maria ex Simonettis Cremonenſis imprimebat Faventiæ anno Domini M. D. XXV. XIII. Kalendas novembris. " Nuncupatoriam epiſtolam dedimus col. 846. Acceſſionum hiſtoricarum Faventinarum. Ne actum agere videamur, hiſtorica dumtaxat ex epiſtola animadvertimus, quæ ſunt: Legatum in Æmilia eo anno fuiſſe Cardinalem Innocentium Cibo, Gorum Gorium Epiſcopum Fani Gubernatorem Bononiæ, Præſidem autem Romandiolæ ſupradictum Franciſcum Guicciardinium; Clementem VII. Academiam Romanam ſub Hadriano intermiſſam ſtatim inſtauraſſe, & injunxiſſe translationes Græcorum auctorum & impreſſiones translatorum; Annales ſui ævi conſcribendos mandaſſe Paulo Jovio phyſico excellenti & oratori eloquenti &c. Illud tamen minime diſſimulamus, Julium Caſtellanium ejus nepotem, poſtquam in libris de Intellectu humano pag. 2. veterum & recentiorum philoſophorum, Pomponatii etiam & Auguſtini Sveſſani opiniones de natura mentis humanæ expoſuit, ſententiam quoque collegæ Sveſſani, Petri nimirum Nicolai patrui ſui expoſuiſſe, & quamquam eum laudet ,, ex pietate ſumma præ- ,, claraque eruditione & doctrina, & quod ,, fuerit inter Philoſophos ſui temporis valde ,, clarus & nobilis, adeoque admodum elegans & doctum opus de Immortalitate Animorum ad Clementem VII. Pont. Max. ,, ſcripſerit, in eoque ſingulorum hominum ,, immortales eſſe animos, illoſque aliquando ,, in hunc mundum reverti, ruſuſque jungi corporibus ex Ariſtotelis ſententia demonſtraverit; hanc tamen opinionem miram profecto, & cujuſvis Peripatetici auribus inauditam, ait, præſertim excepiſſe e quodam libro, qui Theologia ſive Myſtica Ariſtotelis Philoſophia inſcriptus eſt, & ab ,, eo Latinitate donatus, cum prius a quodam Moſe Rova in barbarum potius quam ,, Latinum ſermonem ex Arabica lingua traductus fuiſſet. Ego vero, ſubdit, ſi ob ,, veritatis amorem & cultum liceat mihi a ,, præſtantiſſimi patrui mei opinione diſcedere, ,, eum librum aut falſo Ariſtoteli adſcriptum ,, fuiſſe arbitror, aut ſi illum ſcripſerit Ariſtoteles, omnia fere in eo ſecundum Ægyptiorum & Pythagoricorum opinionem, ,, non autem ex propria mente Philoſophum ,, cenſeo pronuntiaſſe. "

Fuit Caſtellanius & non incelebris Poeta Latinus, & præter ſpecimina, quæ attulimus, edita ab ipſo in præfationibus & ad calcem librorum ſuorum, ſequens carmen exſcripſit Borſettus T. II. Hiſt. Gymn. Ferrar. pag. 105. ex ms. Finiano codice ad pag. 34. ,, Excellens doctor ac poeta D. M. Nicolaus ,, Caſtellanius Faventinus Danieli Fino.

,, Pieridum conſors Daniel cariſſime, cujus
,, Res academicas ſcribere munus adeſt,
,, Pro tot in hanc urbem meritis, pro culmine amoris
,, Erga te noſtri, pro ſociis ſtudiis
,, Commenda precor ore potes quo multa, clientem
,, Coſtabili fidum Nicoleum Domino.
,, Et Mecenati ſi commendare poetam
,, Dedecet, ad mentem, quod decet, ipſe refer.
,, Te ſtudiis natum paribus, te fecit amicum
,, Par ſtudium, fautor ſis modo, præſtat amor.
,, Utque potes, ſic jure velis apud ore tribunum

„ Nicoleum Daniel, meque juvare „ tuum,
„ Etſi adamem, nec ob id Daniel, ſed „ jure canendas
„ In laudes omnis provehor ipſe tuas.
„ Et licet eſſe neges te vatem carmi- „ ne, vatem
„ Te tamen oſtentas carminis arte tui.
„ Verſibus inſuetum per crebra negotia „ quamquam
A „ Scribis, & aſſuetum verſibus eſſe „ probas.
„ Ingens præcurrit, Daniel, tua car- „ mina nomen
„ Sed majora mihi nomine lecta pa- „ tent.
„ Hactenus ex ſolo & cum te rumore „ putarim
„ Nunc ſcio te Vatem verſibus eſſe „ tuis.

De Petro nicolao Caſtellanio hæc ſcribit in ſæpius allata epiſtola Flaminius: „ Sunt qui
B „ adbuc vivunt, quique ab antedictis mini- „ me degenerant, e quorum numero Petrus „ eſt Nicolaus ex nobili Caſtellanorum fa- „ milia, vir quidem Philoſophia ſimul & „ Medicina inſignis, qui quantus ſit Philo- „ ſophus, luculentum illud de Immortalita „ te animorum jamdiu editum opus teſtari „ poteſt, & ea quæ nunc ſcribit, Scientiæ „ illius Medicinalis excellentiam, non multo „ poſt teſtabuntur. “ Factum tamen nobis non fuit, typis impreſſa ipſius Medicinalia ſcripta reperire; fortaſſe latent apud ejus hæredes. Bernardinus de Guidoctis Vicentinus
C Artium Profeſſor in recenſione Myſticæ Theologiæ verſæ a Caſtellanio, ipſum appellat *Philoſophum, atque humani corporis moderatorem non obſcurum*. Ex Julii nepotis nuncupatoria epiſtola ad Coſmum Mediceum Ducem addiſcimus, Petrum-nicolaum cum laude & gloria in Piſana Univerſitate Philoſophiam publice profeſſum fuiſſe; quod tamen ignoravit Fabbruccius, qui de eo mentionem non facit. Quo anno vero in vivis eſſe deſierit, defectu monumentorum ad manum, quæ Faventinis facile obvia erunt, nobis eſt incompertum.

D CASTELLINIUS Johannes Paulus, pater Johannis Caſtellinii Zaratini. Vide Caſtellinius Zaratinus Johannes.

CASTELLINIUS *Zaratinus* Johannes Cotinioleſis, cujus parentis natale ſolum fuit urbs Faventiæ. Exſcribere placet pro notitia ejus vitæ & operum Janum Nicium Erythræum, qui tomo I. ſuæ Pinacothecæ pag. 50. hæc habet. „ Johannes Caſtellinius Zaratinus Johannis Pauli Caſtellinii filius fuit, „ viri in Romana Pontificia aula ſpectatiſſi- „ mi, quod omnium ferme Germanorum
E „ Principum negotia magna cum fidei & „ integritatis laude gerebat. Sed Johannes „ filius ſtatim a prima adoleſcentia mire ſe „ ad humanitatis ſtudia propenſum oſtendit; „ hinc omnes, quos norat, harum politiſſi- „ marum artium cupidos, adire, amicitia „ comprehendere, colere; tum patre amiſſo, „ a quo ad jus civile perdiſcendum invitus „ compellebatur, a curis omnibus vacuus, „ illuc contendit, quo natura eum ferebat, „ otiumque in evolvendis veterum ſcripto- „ rum libris omne conſumpſit. Fuit vir acri „ judicio, non mediocri ingenio, idemque „ eruditus Latinis literis, antiquitatiſque Ro- „ manæ literate peritus, veterum autem in- „ ſcriptionum erat adeo ſtudioſus, ut in eis „ perquirendis interpretandiſque pene mori „ videretur. Hinc fiebat, ut, quoad Romæ „ vixerit, nullus fere dies fuerit paulo sere- „ nior, quin in aliquo prædio vel agro con- „ ſpiceretur, ubi ex veterum villarum ruinis „ ſaxa vel lapides effoderentur, ut ſi quæ „ in eis tabulæ marmoreæ Græcis vel Lati- „ nis notis inſculptæ inventæ eſſent, vel eas „ pretio auferret, vel quod in eis ſcriptum „ eſſet, in ſua pugillaria referret. Scripſit „ epigrammata tum jocoſa, tum gravia, „ multo ſale leporeque reſperſa, aliaque non „ parum multa plena eruditionis opuſcula, „ quorum ſingula, ut tempus, & occaſio fe- „ rebat, impreſſoribus typis excudenda man- „ dabantur, quæ ſi eſſent unum in corpus „ collecta, ſatis magnum volumen efficerent. „ Fuit maxima ex parte auctor Iconologiæ, „ quæ Cæſaris Ripæ nomine impreſſa, pi- „ ctorum cælatorumque omnium manibus „ teritur. Vir nullus erat in Italia eruditio- „ nis laude conſpicuus, quicum illi aut ami- „ citia non eſſet, aut uſus literarum. An- „ num quintum ſupra trigeſimum agentem „ evocavit ad ſe Faventia, patris ſui ſolum, „ poſt biennium remiſſurum, ſed urbis otium „ & amœnitas haud magno negotio homi- „ nem ab honorum ambitione atque aulæ „ ſtrepitu abhorrentem retinuit, ſuaſitque „ locum illum, ubi propter ingenium & „ eruditionem erat in honore ac pretio, pa- „ tria ſede mutare. Itaque relicta cogitatione „ Romam redeundi, ibi ſe in literis abdidit, „ & demum annos natum unum & ſeptua- „ ginta, ſimul ſcribendi & vivendi finem „ fecit, urinæ vitio interceptus, cujus red- „ dendæ difficultate cum premeretur, atque „ neceſſe eſſet eam ſæpius manu moliri, nec „ calculus, qui intus ſe opponeret, pelli „ poſſet, accidit, ut urina, relicto naturali „ itinere, novam ſibi ad exeundum viam „ muniret, quo in loco cum ſua vi & acri- „ monia ulcera & inflammationes excitaſſet, „ demum homini interitum attulit, “ Hæc Erythræus. Franciſcus Rebellatus in Agathonio Gordio inextricabili nodo, edito Venetiis anno 1703. Caſtellinium memorat inter eos, qui ſe injecerant in expoſitionem celebris inſcriptionis Æliæ Læliæ Criſpidis. Laudatur etiam Caſtellinius a Donato Miſcettio Faventino epiſtola ſecunda inter illas varii ſtyli pag. 3. frequentius vero a Tonduccio in Hiſtoria Faventina. Fuit unus ex præcipuis promotoribus & excitatoribus Academiæ Philoponorum Faventiæ anno 1616. Elogium præterea contexuit Cardinalis Erminii de Valentibus Epiſcopi Faventini, immo auctor fuit elogiorum omnium ferme virorum illuſtrium ejus ævo defunctorum. Extat ad ipſum Caſtellinium, quem Virum Eruditiſſimum appellat, Epiſtola quinquageſima ex Symbolarum Epiſtolicarum libro Laurentii Pignorii Patavini ſcripta menſe auguſto anni 1628. qua eum conſolatur ſuper labore oculorum, incommodiſque ſenectutis.

CA.

Digitized by Google

CASTELLINIUS frater Lucas. „ Æmilius Faventiæ nobili loco natus, & ibidem Ordini adſcriptus (fratrum ſcilicet Prædicatorum) vir magnarum partium, theologus celebris, nec minus in jure canonico præſtans, in conſiliis dandis promptus, in agendis æque expeditus, ideoque ad ſuperiora Ordinis munia evectus, Procuratoris ſimul & Vicarii generalis Ordinis, fratris Seraphini Sicci ſocius jam erat anno M. DC.XI. quo ejus magiſterium in actis Capituli generalis Pariſiis ſub magiſtro generali fratre Auguſtino Galaminio coacti, fuit approbatum; anno vero ſequenti M. DC.XII. Sicco ad clavum naviculæ Dominicanæ admoto, eidem in munere Procuratoris generalis ſuffectus eſt, quod ſeptemdecim annis cum laude ſubſtinuit, ſummis Pontificibus & Senatui purpurato gratus & acceptus, interea etiam in Sapientia Romana primarius Theologiæ profeſſor, & ſanctæ Inquiſitionis univerſalis Qualificator, ut ajunt, & collega. Vicarius generalis Ordinis ab eodem Sicco viſitationes ſuas obeunte, non ſemel Romæ conſtitutus eſt, quod etiam officium a morte Sicci XXIV. ſeptembris M. DC. XXVIII. defuncti, jubente Urbano VIII. geſſit ad ſequens generale Capitulum M. DC. XXIX. tuncque eodem Pontifice volente, etiamſi reluctans, Catacenſem infulam induere coactus eſt. Catacium urbs parva eſt Calabriæ ad Albim amnem in edito monte ſita, quam, conſecratione ab Antonio Barberino Cardinale S. Honophrii ex O. Min. Cappuccinorum aſſumpto, accepta Romæ VII. novembris M. DC. XXIX. continuo inviſit, dumque ſponſam ſuam omni cura ac ſollicitudine ornare ſatagit, decimo quarto poſt menſe, ſcilicet januario M. DC. XXXI. ſuperis animam reddidit, corpore in ſua cathedrali ſepulto. Ejus opera ſunt ſequentia, quæ etiam Leo Allatius enumerat in Apibus Urbanis: De Electione & Confirmatione canonica Prælatorum quorumcumque, præſertim Regularium, tractatus, in quo difficultates enatæ, quæve oriri poſſunt circa electionem, poſtulationem, confirmationem, proviſionem, inſtitutionem eorumdem, SS. Canonum, SS. Patrum, Conciliorum theſauris, Deciſionum Urbis Tribunalium monumentis, Theologorum, Juriſperitorum placitis, compendioſa dilucidaque brevitate illuſtrantur. Romæ apud hæredes Bartholomæi Zanetti 1625. in fol. pagg. 504. Ad paginam 339. hujus operis Volumen alterum quæſtionum ſelectarum regularium quamprimum typis committendum promittebat; an promiſſis ſteterit, hactenus mihi incompertum.

„ Tractatus de Certitudine gloriæ Sanctorum Canonizatorum. Romæ Guillelmi Paccioti & Octavii Ingrillanti typis 1628. in fol. pagg. 497.

„ De Inquiſitione miraculorum in SS. Martyrum Canonizatione. Romæ apud Johannem Maſcardum, impenſis Johannis-pauli Caſtellinii J. V. D. & Protonotarii Apoſtolici. 1629. in 4. pagg. 322.

„ De Dilatione in longa annorum tempora magni arduique negotii Canonizationis Sanctorum Elucidatorium theologicum. Neapoli apud Octavium Beltranum 1630. in 4.

„ Diſputationes theologicæ, in quibus ſelectæ difficultates de Sacramentis, præſertim de certa qualitate verborum formæ Sacramenti Pœnitentiæ, ejuſdemque fructu & adminiſtratione. Prælo paratas habebat, quas an ediderit, nos latet. "

Hæc de Luca Caſtellinio iiſdem verbis exſcripſimus ex Scriptoribus O. Prædicatorum Jacobi Eccardii ad annum 1631. Tomo II. pag. 471. Pauca de ipſo profert Cavina pag. 31. in Præludio ad Tonduccium; illud tamen enuntiat Lucam ab Urbano VIII. creatum fuiſſe Archiepiſcopum Cantazarenſem in Regno; quod corrige, cum Cantazarum, ſive alio modo Catacium, ſit urbs tantummodo Epiſcopalis, & quidem parva. Ughellius quoque Lucæ meminit Tomo IX. Italiæ Sacræ pag. 378. cujus innumera merita eximiamque vitam laudibus celebrat, & inſuper affirmat, illum ſibi promotorem fuiſſe ad ſubeundum onus colligendi monumenta, quæ illuſtrare poſſent Epiſcopatus & Epiſcopos Italiæ, quod fecit, Italiæ Sacræ edendo ampliſſimum laudatiſſimumque opus.

CASTELLINIUS Johannes-paulus J. V. D. & Protonotarius Apoſtolicus, qui impenſas fecit, pro edendis aliquot operibus ſupradicti Lucæ Caſtellinii, videtur fuiſſe ejuſdem Lucæ frater, diſtinguendus proinde a ſeniore Johanne-paulo, patre Johannis Zaratini Caſtellinii.

CASTILLIONÆUS Sabbas, Eques & Commendator S. Militiæ Rhodienſis ſeu Melitenſis. Ipſius patria fuit urbs Mediolanenſis, ſed incolatu dilexit Faventiam, ubi in ſua Præceptoria de nomine S. Mariæ Magdalenæ, ſita in ſuburbio Portæ pontis, cujus commendam obtinebat, dies ſuos pertranſiit, ſcripſit, mortem obivit, & honore ſepulcri gaviſus eſt, relinquens ibidem libros, cum a ſe compoſitos, tum acquiſitos, picturas inſuper & ſtatuas. Anno 1525. ſub præſidatu Franciſci Guicciardinii eximii Hiſtorici, & Provinciæ Romandiolæ Præfecti, cum abſens eſſet ſextus ex Antianis urbis Faventiæ, adjunctus eſt ceteris Sabbas Caſtillionæus in geſtatione Baldachini in ſolemnitate Corporis Chriſti, teſte Cavina pag. 620. Optime præterea meritus eſt de urbe Faventia, inſtitutione Scholæ pauperum puerorum in domibus Præceptoriæ ſuæ, volens teſtamentariis tabulis, ut magiſter ipſorum examen ſubire deberet a Prioribus Conventuum S. Dominici & S. Auguſtini ejuſdem urbis, qui pro tempore fuerint. Sexagenarius in pace deceſſit anno 1554. Opera ipſius ſunt: *Ricordi di Criſtiana civiltà*. Edita fuere hæc documenta Mediolani 1561. Venetiis 1592. in 4. *Ammaeſtramenti cavallereſchi*. Venetiis 1562. in 4. *Ammaeſtramenti matrimoniali*; aliaque, quæ autographa ad multum temporis ſervata fuere in Bibliotheca, quam paraverat in Studentium uſum & commodum in eadem Præceptoria, ſed ipſorum præcipua injuriam nimiæ antiquitatis ſenſerunt, atque marcida computruerunt. Inter ceteras editiones habemus illas, quæ cum titulo: *Ricordi ed am-*

monſtrantur; prodiere Venetiis annis 1582, 1584. 1587. Documenta hæc a Sabba propoſita fuere Bartholomæo nepoti ſuo equiti Hieroſolymitano.

CAVINA Johannes-baptiſta. Eugenius Gamurrinius in Genealogia familiæ Faventinæ Neguſantiæ T. III. pag. 83. laudat ejus Annales, quorum auctoritate nititur.

CAVINA Oſtaſius. Capellæ S. Stephani Faventiæ civis egregius & juris civilis ſtrenuus profeſſor, unus fuit ex quatuor delectis ad reformanda Statuta Faventinæ urbis annis 1410. & 1414. Apud Tonduccium pag. 468.

CAVINA Petrus-maria. Illuſtrator, ſi quis alius, egregius & ingenioſus patriæ Hiſtoriæ, & inſignis Aſtronomus plura in lucem dedit, ob quæ magnum ſibi nomen comparavit, etiam apud exteras gentes. Elenchum ejus operum ſubjicimus ordine, quo ab auctore ſuo prodierunt. „ De legitimo tempore Paſchatis Hebræorum & Chriſtianorum in 4. editum opus Venetiis anno 1657. " Hoc refertur in Catalogo librorum Theologicorum Genevæ venalium.

In Auctario ad Bibliothecam volantem Cinellii Tom. II. pag. 118. „ Cycli Paſchalis Gregoriani aſſertio adverſus anonymum quemdam ad Johannem Boxium nobilem Romanum Faventiæ Gubernatorem. Faventiæ typis Zarafallii 1666. in 8. "

Congetture fiſico-aſtronomiche della natura dell' univerſo ſopra alcune oſſervazioni celeſti nelle fiſſe, avute in Faenza. Faenza 1669. *in* 4. Opus dicatum eſt Hieronymo ex Marchionibus Cattaneis nobilibus Mediolanenſibus, Gubernatori Faventiæ.

„ Faventia antiquiſſima regio rediviva conatu hiſtorico-geographico. Faventiæ in 4. ex calchographia Joſephi Zarafallii 1670 " locumque habet in Antiquitatum & hiſtoriarum theſauro Italiæ Grævii & Burmannii Tomo VII. parte II. num. 1.

Repliche volgari in difeſa della ſua Faventia rediviva 1672. Conatum ſuum de Faventia rediviva nuncupavit Cavina genere & virtute nobiliſſimo atque ampliſſimo viro Marchioni Rodulpho Spadæ, Comitatus S. Johannis & Montis epiſcopi, nec non Marchionatus Roncofrigidi & Montis-Jani ac annexorum Domino. Viſitur in nuncupatoria epiſtola numiſma Divæ Spadæ. Anno 1673. hiſtoriam Faventinam, quam Julius-Ceſar Tonduccius collegerat, ac dicaverat Cardinali Roſſetto Epiſcopo Faventino, publicatam a Hieronymo Minaccio nepote & hærede auctoris, imperfectam autem relictam ad partem III. & ad paginam 485. ob mortem Tonduccii, ſupplevit Cavina uſque ad annum 1600. præmiſſo etiam Indice chronologico Epiſcoporum Faventinorum; altera quoque ſerie Poteſtatum, Conſulum, & Gubernatorum Faventiæ, quam ex Tonduccio aliiſque Scriptoribus concinnavit, & ad calcem utili & hiſtorico adjecto rerum & familiarum Faventinarum Indice altero.

„ Fax ſeu lampas volans. Magnum meteorum viſum poſt occaſum ſolis die 31. maji 1676. epiſtolica diſſertatio. Faventiæ in fol. 1676. typis Zarafallii. " Paucos poſt dies eamdem diſſertationem iterum produxit, „ adjectis Cl. Virorum dubitationibus, auctoriſque reſponſis. "

„ Facis, ſeu lampadis volantis poſt diem 31. maji anni 1676. conſpectæ iter, & cauſæ ulterius inquiſitæ. Epiſtolica diſſertatio ſecunda Apologetica, adverſus objectiones & fundamenta Mathematici Bononienſis; quam Magliabecchio Cavina dicavit. Faventiæ 1677. in folio typis Zarafallii. "

„ Acta theſium Bononienſium, occaſione celeberrimæ controverſiæ ſuper diſtantia & itinere facis ſeu lampadis volantis anni 1676. editarum, quibus accedit ejuſdem Cavinæ appendix Aſtronomica, Faventiæ 1677. in fol. "

„ Cometa annorum 1680. & 1681. & in eumdem Aſtronomici conatus atque phyſicæ meditationes. Faventiæ 1681. in fol. ex typographia Zarafallii. " Extat etiam hocce opuſculum in Actis Lipſienſibus ad annum 1682. & ad pag. 163. Hæc Aſtronomica opera Cavinæ laudat Cornelius a Beughen in ſua Bibliographia edita Amſtælodami anno 1689.

Commerzio di due mari Adriatico e Mediterraneo per la più breve ed eſpedita ſtrada dell' Italia Occidentale, conſiderato nell' antichiſſima ſtrada per l' Apennino, e ſopra il penſiero di un nuovo canale navigabile da Faenza all' Adriatico. In Faenza per Giorgio andrea Zarafalli 1682. *in fol.*

Commentario dell' unione di due mari. In fol.

In libro, cui titulus: Faventia Rediviva; " in monito ad Lectores hæc notaverat Cavina: „ Quemadmodum architecto ex pluribus inter ſe junctis domibus palatium conficere volenti, ædes antiquæ ob linearum planorumque irregularitatem & diſcrepantiam, ſunt funditus evertendæ, quo perfectior nobiliorque ſtructura conſurgat, ſic mihi antiquam Faventiæ, aut, quod idem eſt, Flaminiæ nobiliſſimæ regionis dignitatem ex oblivione tenebriſque revocaturo, nitidamque juxta ac plenam ſolidamque deſcriptionem exhibituro, illud maxime fuit præſtandum, ut omnia, quæ ſum dicturus, in eumdem certumque ſcopum colliment; ea de cauſa ſingularum ejuſdem regionis civitatum antiquitates perſtringendæ fuerunt; tamquam a recta linea aberrantes, exorbitantes, ſibi invicem contrariæ, & in univerſum debili fundamento ſuperextructæ. Ab omnibus ergo veniam humiliter & enixe poſtulo, quia, ſi Deus vitam & vires dederit, plus reſtituam, quam ademerim, debilibuſque eliminatis, ſolida ſubſtituam. Interim omnes Antiquitatis ſtudioſos obſecro, ut ſi quid habuerint, quod dicta mea convellere, aut integram, quam molior, deſcriptionem illuſtrare poſſit, mihi communicare non dedignetur; ſingula enim debito obſequio excipiam, auctorumque habebo debitam laudem & mentionem.

„ Integræ vero deſcriptionis hæc erunt capita præcipua.

„ I. Deſcriptio regionis, aſſertio limitum, dilutio objectorum.

„ II. Ci-

,, II. Civitatum & Caſtrorum, locorumque nobilium origines & breve Chronicon.

,, III. Regimen politicum & artes.

,, IV. Religio antiqua Chriſtiana.

,, V. Terræ qualitates, ubi de arboribus, herbis, animalibus, annona, montibus, mineralibus &c.

,, VI. Aqua, ubi de mari Adriatico, fluminibus, paludibus, balneis, piſcibus & ſalinis.

,, VII. Aer, ubi de ventis, de volucribus.

,, VIII. Cœlum, ubi de quantitate dierum & noctium in ſingulis Civitatibus ejuſdem regionis Cathedrali ſede inſignitis ad horarum canonicarum regulam, de ſtellis verticalibus &c.

,, IX. Chronologia rerum memorabilium & Epiſcoporum, & ſi quæ alia ſtudium meum, vel aliorum ſuppeditet humanitas. " Hucuſque Cavina.

,, Verum Cavina vel morbo implicitus, vel morte præventus, vel aliam ob cauſam, inſtitutum ſuum propoſitum, quod pollicitus fuerat anno 1670. non perfecit, nec fidem liberavit; nam ad hunc uſque diem deſcriptio illa, quam moliebatur, non prodiit, nec forte unquam exitura eſt. " Hæc editores Theſauri Antiquitatum Italiæ Tom. VII. parte VII. qui ingenue fatentur in Præfatione ejuſdem Tomi P. I. pag. 18., docte quidem & ingenioſe Cavinam materiam ſuam tractare, ſed ſæpius ſpecie veri, quam veritate, abripi in conjecturas haud probabiles. Scripſit contra Cavinæ ſyſtema Bartholomæus Riceputus edito libro, cui titulus. ,, Veritatis redivivæ, ſive apologiæ civitatis Foro-livienſis, cui lumen obſtruere conatus eſt Cavina. Foro-livii 1673. "

CAVINA Virgilius, Abbas ſecularis vivens, biennio Matheſeos Profeſſor fuit Calaris in Sardinia, poſtea Parmæ variis annis. Publicavit brevem, ſed optimam chronologicam diſſertationem, quæ inſerta legitur hiſtoriæ Franciſci Zachariæ. Extant ad ipſum mathematicæ obſervationes, & XIX. epiſtolæ ſuper principia Mechanicæ editæ Venetiis anno 1772. in 4. quas ad eum dedit Vincentius abbas & comes Tarviſinus Riccati. Ad extinctam Societatem Jeſu ſpectabant illuſtres tres hi viri Cavina, Riccatus, Zacharia.

CENNI Johannes-baptiſta. Vide *de Indovinis Johannes-baptiſta Cennis*, ſub quo nomine magis eſt cognitus.

CENNI Nicolaus filius ejuſdem Johannis-baptiſtæ. Laudatur una cum patre a Flaminio tanquam ,, juris utriuſque ſcientia præditus, & ſimul equeſtri dignitate inſignitus. "

CENNI Petrus. Ab eodem Flaminio dicitur: ,, Eques creatus a Julio pp. II. apud quem tanto in honore fuit, & adeo ab eo dilectus, ut non ſolum Romæ fecerit Senatorem, ſed etiam proventus omnes Faventinæ civitatis eſſe illius voluerit, nihil omiſſurus, ſi diutius vixiſſet, quod ad illum amplificandum & illuſtrandum pertinere poſſet. "

CENNINUS Franciſcus Epiſcopus & S. R. E. Cardinalis. Senenſis patria ad Faventinam Eccleſiam regendam aſſumptus fuit anno 1623. quam viginti annis gubernavit, cuique ſenio confectus vale dixit anno 1643. duobus annis ante obitum ſuum. Extant typis impreſſæ Faventiæ anno 1630. Synodales Conſtitutiones, quas edidit anno 1629. die XXVI. aprilis, quibus præfatur parænetica oratione ad congregatos Synodi patres & parochos Faventinos.

CEPERANUS Alexander. Idem *facile eſt*, quem Creſcimbenius Ceperanum appellat. Is dicitur a Cavina & a Magnano conſcripſiſſe hiſtoriam Faventinam, quæ tamen modo deperdita eſt, vel in aliqua latet Faventina Bibliotheca. Vixit deſinente Seculo XV. Fuit & Thomas de Ceperano longe antiquior & Ordinis FF. Minorum, cui Voſſius ex S. Antonini P. III. Hiſtoriæ Tit. 24. cap. 9. tribuit veterem Legendam S. Franciſci. Hic vixit poſt annum 1245. Vide etiam Fabritium T. VI. pag. 149. Bibl. Med. & Inf. Ætatis.

CERVIONI Thomas, Exgeneralis cum eſſet O. S. Auguſtini, ſucceſſit in Epiſcopatu Faventino Julio Cardinali & Epiſcopo Piazza die Natalitio D. N. J. C. 1726. Tranſlatus fuit ad Archiepiſcopalem Lucenſem eccleſiam anno 1729. quam tamen adire non potuit; quare Sacrario Pontificio Præfectus electus fuit eodem anno a Benedicto pp. XIII. in qua dignitate & officio deceſſit anno 1742. Prætereundum non eſſe Cervionum in hoc catalogo arbitrati ſumus, cujus Italica ſacra carmina vidimus edita Bononiæ anno 1698., vigeſimo-quinto ætatis illius anno in lucem evolata. Nicolaus Lomellinus Genuenſis ex Cler. Reg. Somaſchenſibus ipſo anno 1729. ſuffectus fuit Cerviono.

CHIODAROLUS Johannes-antonius, ut eum appellat Cavina. Vide *Braſchini Johannes Antonius*.

CHIRIMON Matthæus floruit circa annum 1461. Commentarium compoſuit typis etiam editum ſuper Divinam Danthis Comœdiam. Tonduccius & Magnanus addunt ipſum quoque compilaſſe Hiſtoriam patriam, quæ ſimiliter in tenebris jacet, vel affatim periit.

CHRONICON Faventinum Cantinellii. Vide *Cantinellius Petrus*.

CHRONICON Toloſani. Vide *Toloſanus canonicus*.

CHRONICON vetus Faventinum exiſtens in Bibliotheca PP. Prædicatorum Conventus S. Andreæ de Faventia, quod in partem tranſcripſit Bernardinus Azzurinius in ſuis mſſ. memorabilibus, vel etiam derivavit in librum ſuum Rubrum fol. 148. ex quo profecere pariter Tonduccius & Cavina, exaratum creditur a Recuperato de Recuperatis nobili Faventino, & tranſcriptum a Petro-maria Zannoni itidem Faventino, utroque O. Prædicatorum. Vide *de Recuperatis Recuperatus*.

CHRONICON aliud vetus ejuſdem Conventus S. Andreæ. Continet hiſtoriam S. Dominici & primorum ipſius diſcipulorum ex Faventinis civibus, fundationem ejus Conventus, hiſtoriam demum & miracula B. Mariæ Vir-

Virginis, imaginis ſcilicet dictæ Gratiarum, quod cum aliis Chronicis veteribus publicum fecimus in Acceſſionibus hiſtoricis Faventinis col. 362.

CHRONICON Zuccolii. Vide *Zuccolius Gregorius*.

CIRI Johannes-maria. Inter primos Arcades coloniæ Lamoniæ, dictus Eſchildus.

CITTADINIUS Antonius Faventinus; Medendi ſcientiam Ferrariæ, Piſis, Patavii & Pariſiis docuit & profeſſus eſt, ſublimi Italicæ nationis gloria. Singillatim attingimus, quæ de eo expiſcari nobis licuit. Quod Ferrariæ docuerit, hanc memoriam profert Tomo I. pag. 95. Hiſt. Almi Gymn. Ferrar. Borſettus. *A meſſer Antonio da Faenza per la lettura predetta de Phyſica Extraordinaria lire cento trenta*. Ita legitur ad annum 1474. in cedula inſcripta: *Spesa de Salariati*: Impletis aliquot annis in Ferrarienſi Univerſitate accitus fuit Piſas. Tempus ſignat, multaque de Cittadinio profert Stephanus Fabbruccius in Hiſtoria Profeſſorum Piſani Gymnaſii, per partes producta in Calogeriana collectione Opuſculorum Scientificorum & Philologicorum, & ita de eo diſſerit Tomo XLIV. pag. 44. ejus collectionis: „ Magiſter Antonius de Faventia, a prædicta ejus patria Antonius Faventinus vulgo nuncupatus, inter celebriores ejus ætatis profeſſores enumeratur. Conſtat ex nobili ejuſdem urbis familia *del Cittadino* fuiſſe, ex qua illuſtres alii viri nullo non tempore prodiere, & recenter, ſeculo proxime revoluto, Paulus-maria Cittadinius, Dominicanæ familiæ grande decus & ornamentum, Archiepiſcopus Myrenſis. Diverſas Italiæ Academias Philoſophiæ & Medicinæ docendæ faciendæque gratia circumiiſſe, Ferrariam, Patavium, Bononiam a graviſſimis Scriptoribus, & ſignanter a Leandro Albertio coævo teſte memoriæ proditum eſt, immo & Lutetiam Pariſiorum, ubi Magni Itali nomen adeptus eſt. In hoc noſtrum Athenæum non prius adveniſſe indubitatum eſt, quam anno 1482. ad moderandam Ordinarii Philoſophi cathedram cum decenti honorario florenorum ducentorum, eodem tempore, quo ad Phyſicam Extra ordinem profitendam conductus apparet Magiſter Nicolaus Barianus Placentinus. Sub idem tempus in lucem literariam ſcholaſtica inſignia præbendo inter ceteros protulit Carolum-antonium de Vechiano; nec antea diſceſſiſſe quam anno 1487. quo ſub die VII. auguſti ipſimet Cittadinio honeſta miſſio decreta eſt. Neque voce tenus publico profuit, ſed ſcriptis quoque nitidiſſimis, ut ea nuncupat Johannes-baptiſta Caſalius ejus civis; & fere hæc ſunt: Auſcultationes in parvam Galeni artem in tres libros diſtributæ. In priorem Avicennæ partem, & breves Hippocratis ſententias. Commentarium in Ariſtotelis librum de Naturali Auſcultatione, & in librum de Anima, & Poſteriorum Analyticorum quæſtiones miſcellaneæ. His addere juvat, vel ex his præcipue commemorare juvat plures epiſtolas, quæ ipſum in Metaphyſicis etiam præexcellentem arguunt, quibus Johannis Pici Mirandulani opus de Uno & de Ente, Politiano nuncupatum, amice carpſit, cui, teſte Fabricio, Picus ipſe reſpondit, & eodem Pico immatura morte prærepto, epiſtolarum commercio cum Johanne-Franciſco Pici ex fratre nepote honeſtiſſime proſequuto, non deſtitit impugnare, prout ex Veneta & Baſileenſe Pici operum collectione patet. Quod innuerant Iſrael Spachius, Andreas Tiraquellus, Conradus Geſnerus &c. Aphoriſmos Hippocratis carminibus comprehendiſſe, & a quibuſdam recentioribus, qui de ipſo mentionem alias honorificam habuere, adiertum minime reperitur, indubitato ex Marſilii Ficini teſtimonio conſtat lib. IX. epiſtola XIV. ubi e paucis, quos inveniri dolet, Mœcenatibus, unum Aphoriſticis illis carminibus eidem pollicetur. E converſo, cum non extare amplius certior factus ſim inſigne monumentum, quod ei decreto S. P. Q. Faventini in publico palatio poſitum olim fuit, & apud me manu ſcriptum extans multiplici nomine ſit mihi ſuſpectum, ideo ne criticos oculos offendam, lubens omitto." Hæc de Cittadinio Fabbruccius.

Quod autem enuntiat Fabbruccius Cittadinio honeſtam miſſionem ab univerſitate Piſana decretam fuiſſe anno 1487. magis comprobatur, eo quia anno 1489. iterum Ferrarienſem cathedram jam implebat. Electus enim hoc poſtremo anno unus ex Prioribus ſeu Antianis Faventinis, locum nequivit ingredi, quia Ferrariæ docebat, ex Cavina pag. 338. Philoſophiam. Jacobus Facciolatus in Faſtis Gymnaſii Patavini pag. 137. ad annum 1505. figit cathedram Cittadinii Patavinam: „ Defuncto, inquit, Zerbo, conductus eſt anno 1505. Kal. januarii ad profitendam Theoricam Ordinariam Antonius Cittadinius Faventinus, ducatis aureis quadringentis, qui tamen ad Florenorum rationem æſtimarentur, ut jam fieri conſuevit in aliorum Profeſſorum ſtipendiis, ideoque ſummam efficerent florenorum DCXCVI." In Pariſienſi univerſitate Cittadinius facile docuit ante Patavinam cathedram. Narrat Cavina eadem pagina, narrantque alii, ob excellentiam cognitionum Cittadinium vocatum fuiſſe Pariſiis *Magnum Italum*. Quando Bononiæ docuerit, nobis non liquet; id unum ſcimus ipſum in inſignioribus Italiæ Academiis docuiſſe, & etiam in ea urbe, ex teſtimonio coævorum Scriptorum, & præſertim Leandri Albertii, qui in Deſcriptione Italiæ pag. 310. affirmat Cittadinium legiſſe Bononiæ, & a ſe optime fuiſſe cognitum.

Juvat addere, quæ Johannes-antonius Flaminius, qui eum de facie noſſe potuit, de hoc viro in ſæpius laudata epiſtola in medium adducit. „ Alter vero, (nempe Cittadinius) huic, (nimirum Mengo Blanchello,) contemporaneus, ac non diſſimilis, ut opinio fuerit, illos æmulatione quadam in iiſdem ſtudiis profeciſſe. Sed Antonius adhuc major fuiſſe videri poteſt, quia non ſolum ſummus fuit Medicus atque Philoſophus, ſed quod maximum præſtanti ejus doctrinæ ornamentum attulit, eloquentiam ſapientiæ conjunxit. Nam &

„ Poeta

„ Poeta & orator fuit admodum facundus.
„ Hujus præſentia, & profeſſione ornata
„ plurimum fuere Italica Gymnaſia, cum
„ modo Ferrariæ, modo Piſis & Bononiæ,
„ modo Patavii certatim publice vocatus pro-
„ fiteretur. Scripſit hic quoque multas ora-
„ tiones & epiſtolas; metrice magna cum
„ eloquentia non pauca, inter quæ Aphoriſ-
„ mos Hippocratis verſibus complexus eſt.
„ Item paraphraſim in Pauli Veneti Micro-
„ logicam, civem ſuum imitatus Mengum,
„ In Ariſtotelis etiam de Interpretatione,
„ nec non in Poſteriorum Reſolutionum, &
„ Phyſicos ejuſdem libros commentaria. In
„ Canonem quoque Avicennæ primum. Lu-
„ culentam præterea diſputationem illam de
„ Ente & Uno, quam habuit cum Johanne
„ Pico Mirandulano, qui quantus vir in
„ omnibus diſciplinis hoc noſtro tempore fue-
„ rit, nemo eſt, qui neſciat; & alia, quæ,
„ ne nimium creſcat oratio, conſulto præ-
„ tereo. Ex quibus quidem quales hi viri
„ & quanti extiterint (Mengus nimirum
„ Blanchellus, & Antonius Cittadinius) &
„ quantum non dico familiæ ſuæ ac patriæ,
„ ſed etiam toti Italiæ ornamentum attule-
„ rint, judicent, qui recte ſentire de ſum-
„ mis viris norunt. “ Hactenus Flaminius.

Liber de Auſcultatione in parvam Galeni artem cum præfatione Johannis-baptiſtæ Caſalii Faventini, vidit lucem Faventiæ anno 1523.

Commentarium in Poſteriora Ariſtotelis Analytica prodiit ibidem in folio anno 1528.

Ceterum ex Flaminii teſtimonio exploratum eſt Cittadinium metricis carminibus reddidiſse Aphoriſmos Hippocratis, quidquid alii negent. Credimus Antonium Faventinum Medicum, quem Geſnerus & Paſchalis Gallus auctorem faciunt hujus verſionis, alium non eſse ab Antonio Cittadinio. Sed quod rem conficit, extat etiamnum epiſtola XVII. libri IX. Marſilii Ficini inſcripta: „ De Sty-
„ lo Poetico in Aphoriſmis Hippocratis, An-
„ tonio Faventino nobili Phyſico, data XV.
„ augusti anni 1489. “ qui ex Ferraria eos verſus ſe compoſuiſse nunciaverat Ficino eo anno. „ Recte admodum, ait Ficinus, A-
„ phoriſmos in carmina traduxiſti. Mœcena-
„ tem parari quæris, nulla jam, mi Anto-
„ ni, inter Mœcenates electio, vix enim unus
„ eſt, quem nominas; iſtis ergo carminibus
„ tuis patronus eſto. Pergratum mihi erit
„ tuos legere verſus; gratiſsimum jam eſt
„ abs te amari. Quid enim amabilius, quam
„ amari ab eo, qui judicio unus & ipſe ve-
„ neratione ſit dignus? “

Quoad vero controverſiam cum Johanne Pico Mirandulæ & Concordiæ Domino compatre ſuo, cum in manus ſuas veniſset Pici opuſculum de Ente & Uno, objectiones primas contra ipſum ex Ferraria ſcripſit Cittadinius, quibus reſpondit Picus. Secundas objectiones repoſuit ex eadem urbe II. Kalendas junii anni 1491. tertias ſubdidit; quartas vero ipſius nepoti Johanni-franciſco, quibus hic fecit ſatis, quia patruus defunctus anno 1494. reſpondere nequiverat. His nepotis reſponſis Cittadinius putavit nil amplius reponere, protrahendo diſputationem, ſed inclyto Comiti epiſtolam dedit ex Ferraria die XVI. decembris anni 1495. quibus declaravit magnum amorem ejus admirari, ſed tam ſe quam patruum intendiſſe finem mittere diſputationi. Reſpondit Picus die 1. januarii anni 1496. & cum Cittadinio, quem nonniſi nomine notum habebat hactenus, amicitiæ fœdus ſtrinxit. Hæc omnia proſtant in editionibus operum Pici, præſertim in Baſileenſi anni 1557. a pag. 241. ad 312. Videtur Fabritius lib. IX. Bibl. Med. & Inf. Ætat. pag. 118. præter Antonium Cittadinium Faventinum Philoſophum admittere alium Johannem-franciſcum-antonium Comitem Faventinum, cui Johannes Franciſcus Picus tranſmiſerit defenſionem libri Johannis Pici patrui ſui de Uno & Ente; quem tamen Comitem Faventinum nullum fuiſſe credimus, atque putamus Fabritium confudiſſe nomen Johannis franciſci Comitis Mirandulani, cum Johanne-franciſco Comite Faventino. Præter allatos ſcriptores ipſius cum laude meminere Marcheſius in Monum. Vir. Illuſtr. pag. 83. citato Angelo-maria Torſano in Oratione pro Faventia pag. 91. Borſettus pag. 67. qui addit Johannem-jacobum Mangetti in Biblioth. Medica, Tonduccius, Cavina, Magnanus, & quotquot Bibliothecas Medicas inſtruxere.

CITTADINIUS Franciſcus frater Antonii, de quo elogium mox texuimus. Enumeratur etiam ipſe inter celebres Juriſconſultos Faventiæ a Flaminio. Vivebat eodem tempore, anno 1493. & Jacobus Cittadinius, alter forte Antonii & Franciſci frater, quo utebatur ab Statuta formanda Aſtorgius III.

CITTADINIUS Paulus-maria Faventinus.
„ A patria Æmiliæ vulgo *Faenza* cognomen
„ ſortitus, ab Ordinis Magiſtro fratre Sera-
„ phino Sicco in Armeniam circa annum
„ M. DC. XV. miſſus eſt Viſitator & Vicarius
„ generalis, cui auctoritatem Apoſtolicam
„ contulit etiam ſummus Pontifex, quem
„ propterea Perſarum Rex magno apparatus
„ honore, benevolentiæque ſingularis officiis
„ eſt proſequutus. Porro in ea expeditione
„ plurima præſtitit Paulus noſter in dilata-
„ tionem fidei & cultum egregia, multoſ-
„ que ad Sedis Apoſtolicæ gremium revoca-
„ vit, in quibus nobilem quemdam e Teu-
„ tonia Lutheri dogmatibus, & Religioni
„ Proteſtantium addictiſſimum Evangelica lu-
„ ce toto ſemeſtri perfuſum ab errore revo-
„ cavit; eccleſiarum vaſa apud ſchiſmaticos
„ aut Infideles oppignerata numerato rede-
„ mit ære, iis etiam, quibus aliqua deerant
„ ad Dei cultum neceſsaria, contulit & pro-
„ curavit. Scripſit, edidítque in uſum Ca-
„ thecumenorum & rudium Doctrinam Chri-
„ ſtianam ſive Catechiſmum. Miracula etiam
„ peracta virtute ſanctiſſimæ Euchariſtiæ &
„ Roſarii beatæ Mariæ Virginis. Regularem
„ ordinis diſciplinam, quoad harum patiun-
„ tur difficultates regionum, & occupationes,
„ in ejuſce ditionis domibus prudentiſſime re-
„ ſtituit. Demum & neceſſarios probe videns
„ hujus excolendæ Domini vineæ deeſſe fide-
„ les & idoneos, quique literis & eruditione
„ præſertim atque pietate ſingulari præſta-
„ rent, operarios, zelo ſuccenſus animarum,
„ Romam repetiit anno M. DC. XX. apud Se-

„ dem

„ dem Apoſtolicam Ordiniſque Magiſtrum pro Miſſionariorum hujuſmodi ſupplemento interpellaturus. Sic refert Lopez noſter Parte V. lib. III. cap. 60. fol. 422. qui ſubdit, ſcripſiſse propterea Paulum: *Relazione del ſuo viaggio, e della viſitazione da ſe fatta nelle parti dell' Armenia*; quam & Summo Pontifici, & Generali Ordinis Magiſtro obtulit. " Exhibuimus integrum elogium, quo ejus geſta deſcribit Eccardius in Bibl. Scriptor. Ord. Prædicatorum T. II. pag. 420. ad annum 1620. Magnanus T. I. pag. 334. dictis illud adjungit „ Paulum Cittadinium Dominicanum fuiſſe Miſsionarium in Perſide, tranſitum deinde feciſse ad monachos Cartuſienſes, iterumque poſtea reverſum fuiſse ad priſtinum ſuum Prædicatorum Ordinem, electum quoque a Romano Pontifice Archiepiſcopum Myræ & Patriarcham in Provinciis Perſica & Armeniaca. " Etiam Borſettus pag. 438. mentionem de ipſo ingerit Tomo II. „ Sincera relatio reverendi patris fratris Pauli mariæ Cittadinii Faventini O. Prædicatorum, in omnibus regnis Perſarum & utriuſque Armeniæ Vicarii generalis lucem vidit Maceratæ in 4. apud Sebaſtianum Martellinum & Johannem-baptiſtam Bonihominis anno 1621. " Traducta vero fuit Latina relatio in Italicum idioma eodem anno Neapoli, typis Johannis-dominici Roncagliolo. Vitam Pauli ſcripſit Jacobus Regolli Cæſenas ejuſdem Prædicatorum Ordinis, & ſocius ipſius in miſſione prædicta, quæ reperitur in archivo Cathedralis eccleſiæ Faventinæ, teſte laudato Magnano.

CLAUDIUS Balneo-caballenſis, Lector in Abbatia Claſsenſi urbis Ravennæ, Ordinis Camaldulenſis. Anno 1580. lectiones confecit ſuper librum primum Poſteriorum Ariſtotelis, quas ex ejus ore collegit Vitalis Zuccolius Patavinus, monachus itidem Camaldulenſis ejus auditor. Hæ extant in codice chartaceo in fol. Sec. XVI. ſub num. 766. Bibliothecæ noſtræ MSS. S. Michaelis de Muriano.

CLAVERIUS Johannes antonius Faventinus O. Min. Conv. Affertur tanquam Theologus Concilii Tridentini a Franchino in Bibliosophia, de ipſo verba faciente pag. 245. ad vitam Franciſci Pontelongi ejuſdem Ordinis & patriæ.

COLETUS Johannes-dominicus Venetus ex S. J. presbytero Abbas Secularis, bene fuit meritus de illuſtri Balneocaballi oppido; Collegit *Notizie Iſtoriche della chieſa Arcipretale di S. Pietro in Silvis di Bagnacavallo, tratte dalle Memorie mſs. d' Ignazio Guglielmo Graziani Canonico dell' inſigne Collegiata di S. Michele; In Venezia nella Stamperia Coleti* M. DCC. LXXII. Monumenta Gratiani Coletus ordinavit, auxit & illuſtravit, adhibito nomine anagrammatico Irelci Medonici A. P. & addita epiſtola doctoris Dionyſii-andreæ Sancaſsani M. F. ad Cl. Franciſcum Ariſium JCtum Cremonenſem. Lucubrationem ſuam dicavit Coletus Antianis & Conſiliariis Communitatis Balneocaballi; in eaque ſitum eccleſiæ, mutationes, ſtatumque præſentem illuſtrat, inſcriptiones affert, quæ in ea extant, & explicat; ſeriem Archipreſbyterorum & Canonicorum addit, necnon Poteſtatum Balneocaballi; catalogum demum Scriptorum conficit, allatis authenticis documentis veteribus.

Idem anno ſequenti illuſtravit antiquam inſcriptionem, quæ in ſaxo legitur in eccleſia S. Potiti, duobus milliaribus diſtante a Balneocaballo. Edita fuit hæc illuſtratio Tomo XXIV. Novæ collectionis Calogerianæ ſive Mandellianæ.

Alia meditatur Coletus, ſed ſuperiora opera ad Faventinas res pertinent.

COMITIBUS (*de*) Stephanus Comes Faventinus. Habet Epigramma Italicum, vulgo *Sonetto* ad hiſtoriam Tonduccii.

CONSTANTINUS Faventinus ex Ordine Servorum B. M. V. „ Divinarum humanarumque literarum peritia, prout ſcribit Maphæus, nemini ſecundus, eo exiſtimationis proceſſit, ut ipſo inconſulto nemo, qui eum noſset, aliquid in lucem venire ſineret. Floruit initio Seculi XVI. " Id proferunt in ſuis Annalibus T. II. pag. 16. Gianius, ejuſque continuator Garbius.

CONSTANTIUS Epiſcopus Faventinus. Licet non dubitemus, tum ſub beato Petro Apoſtolo, tum ſub S. Appollinari Ravennæ Archiepiſcopo, primoque in Æmiliæ provincia Chriſtianæ Fidei glorioſo præcone, Epiſcopos præfuiſse ab iiſdem conſtitutos in ſingulis ejuſdem provinciæ civitatibus, primus tamen, cujus memoriam antiquitas nobis ſervavit, Faventinus Epiſcopus eſt Conſtantius, qui ſedit inter Patres Concilii Romani anni 313. ſub Melchiade Romano Pontifice; ut conſtat ex S. Optato Milevitano Epiſcopo libro I. de Schiſmate Donatiſtarum adverſus Parmenianum, ubi nominat Epiſcopos omnes, qui interfuerunt Concilio Romano ſub Melchiade. Pag. 23. ex Editione Ludovici Ellies Dupinii.

CONSTITUTIONES Capitulares veteres eccleſiæ Faventinæ. Extant in tabulario Canonicorum majoris ejuſdem eccleſiæ.

CONSTITUTIONES editæ pro presbyteris parochis eccleſiarum Faventinarum anno 1318. ſub Hugolino Epiſcopo Faventino. Laudantur una cum ſuperioribus ſæpius a Tonduccio, & aſſervantur in ſupradicto archivo Capitulari.

CONSTITUTIONES Synodales emanatæ ſub Rodulpho Pio Carpenſi S. R. E. Cardinale & Epiſcopo Faventino. Celebrantur a Cavina pag. XVIII. & in eodem chartophylacio Canonicorum cuſtodiuntur.

CONTOLUS Franciſcus Faventinus. Unus eſt ex illuſtrioribus Hieronymi Ferrii auditoribus, ejuſque ſucceſsor in cathedra eloquentiæ pro Seminario Faventino. In ea Academia, quam in honorem S. R. E. Cardinalis, Æmiliæ Provinciæ præſtantiſſimi Legati, Johannis-franciſci Stuppanii celebrarunt Academici Philoponi, poema recitavit Contolus ſuper vaſis fictilibus Faventiæ, vulgo *Majoliche*, quod poema ſubinde idem Ferrius edi curavit,

Digitized by Google

vit, nuncupavitque Comiti, nunc Equiti Regii Ordinis S. Stephani Hannibali Ferniano, inſigni Patritio Faventino, cujus mentionem honoris gratia libenter hic facimus, utpote multis nominibus de nobis optime meriti, bonarum Artium & Scientiarum egregii cultoris, literatorumque fautoris, qui inter cetera animi ſui ornamenta, nulli parcit expenſæ, nullumque omittit ſtudium, ut vaſorum hujuſmodi opificium, quod aliquid detrimenti paſsum fuerat, priſtinum nomen, nitorem, primævamque æſtimationem recipiat, tum apud ſuam, tum apud exteras gentes. Ceterum Contolus, de quo dicimus, tum Rhetorices tum Poetices laude celebre ſibi nomen facit.

CORELLIUS Archangelus e Fuſiniano. Nolumus prætermitttere inſignem hunc virum, in cujus honorem fuit typis impreſsa ſequens inſcriptio una cum ipſius protome:

D. O. M.

„ Archangelo Corellio e Fuſignano,
„ Quod eximiis animi dotibus
„ Et incomparabili in Muſicis modulis
„ Peritia, Summis Pontificibus apprime
„ Charus, Italiæ atque exteris
„ Nationibus admirationi fuerit,
„ Indulgente Clemente XI. P. O. M.
„ Petrus cardinalis Otthobonus S. R. E.
„ Vicecancellarius
„ Et Galliarum Protector
„ Lyriſti celeberrimo, inter familiares
„ Suos jamdiu adſcito, ejus nomen
„ Immortalitati commendaturus
„ M. P. P.
„ Vixit annos LIX. menſes X. dies XX.
„ Obiit VII. idus januarii anno Sal. M.DCC.XIII.

De Corellio ejuſque operibus excuſis, in hiſtoria Gymnaſii Ferrarienſis T. II. pagg. 465. & 467. ſequentia profert Borſettus. „ Edidit: *Sinfonie a due violini e baſſo. Opera prima, ſeconda, terza, quarta, e quinta a violino ſolo e baſſo*. Poſt ejus obitum „ lucem aſpexit: *Opera ſeſta conſiſtente in concerti e concertini di più iſtromenti*; „ alia reliquit, quæ lucem non viderunt. „ Summa ipſius laus, ſubjungit idem Borſettus, quod quicumque in Muſicis noſtra „ ætate proficere velint, in Corellii operibus „ revolvendis ac ſedulo conſiderandis ſtudium impendat; ita ut Muſicorum omnium „ ævi hujus Magiſter vere dici poſſit. Nulli „ Muſicam artem magis unquam debuiſſe, „ quam Corellio noſtro omnibus in confeſso „ eſt; illam etenim ad eum perfectionis apicem ſua virtute laboribuſque evexit, ut „ nil impoſterum nobilius, ſuavius, limatiuſque ſperari poſſit. “

CORTESIUS ſer Johannis Capellæ S. Mariæ in Broilo urbis Faventiæ. Unus fuit ex quatuor deputatis anno 1410. a Johanne-galeatio de Manfredis Faventiæ Domino ad condenda nova Statuta ejus urbis. Quidam Corteſius q. Johannis civis & notarius Faventiæ legitur ad annum 1391. in chartis Azzuriniis Sæc. VII. Vide Aceſſiones &c. col. 569.

Litera Favent.

CORTESIUS Johannes-baptiſta a Balneocaballo Poeta illuſtris. Edidit anno 1535. *Il Selvaggio Romanzo ò ſia Poema in ottava rima. In Venezia per Gian-antonio de Nicolini di Sabbio in* 4. Leguntur ipſius Corteſii ſpecimina Italicorum carminum *nei verſi ſciolti de Poeti Ferrareſi pag.* 60. De ipſo Borſettus T. II. pag. 345. & noviſsime Johannes-dominicus Coleti in libro: *Notizie Storiche di S. Pietro in Sylvis pag.* 81.

A

CRESPOLUS Attendulus Darius. Vide Attendulus Creſpolus Darius.

CURULUS Mariottus civis Faventinus. Habemus epigramma Latinum ipſius ad librum excellentis Theologi fratris Hieronymi Armellini Faventini O. Prædicatorum, quod utpote breve referimus.

„ Quem modo non pauca Hieronymus
„ edidit arte,
„ Magna Faventinis gloria, vade liber.
B „ Hæreſis & pravæ Calabrique ſophiſ.
„ mata tutus
„ Deprime, & auctoris perfice juſſa
„ tui.
„ Deque tui patris cognomine candi-
„ dus eſto,
„ Cui ſua ne turpet corpora, dulce
„ mori,
„ Omnibus & dicas, me clara Faven-
„ tia cudit
„ Chriſticolam genitrix uſque ſecuta
„ fidem. “

C Item ejuſdem Curuli pro auctore in garrulum lectorem endecaſyllabum carmen.

„ Quiſquis lividulus, ſuperbus, acer
„ Lector deſpiciet meos labores,
„ Extollet Calabrumque nugivendum,
„ Pluſquam dogmata noſtra; talis hercle
„ Eſt alter Calaber, malignus, atrox,
„ Contemptor fidei, parum diſertus,
„ Cui lucem tenebræ levant Plutonis,
„ Et mentis furor hæreſim miniſtrat.

Alibi obſervavimus ex adducto Curuli epigrammate recte deduci cognomen Hieronymi non fuiſſe Armenini, ſed Armellini, vel Ermellini, quæ familia propterea inter illuſtres Faventinas veteres erit reponenda, diſtincta ab Armenina.

D

D

DAMIANUS de Faventia. A Petro Ricordato in Hiſtoria Monaſtica ſub die quarta pag. 468. ad annum circiter 1575. celebratur tanquam Doctor & Magiſter in Theologia, inter viros doctrina pollentes, & tunc viventes in Congregatione monachorum Cœleſtinorum.

E

DANIELI Auguſtinus Maradienſis. *Lettera ſcritta all' Eccellentiſſimo Signor Dottore Lodovico Caſtiglione Fabbroni Medico di Mudigliana*. Adverſus hanc epiſtolam inſurrexit Hilarius Spada Faventinus Doctor, criticaſque ſuas obſervationes oppoſuit. Vide *Spada*

Hilarius. Agebatur de quadam operatione Medica, quam per inciſionem faciendam in oculo cujuſdam ſanctimonialis mandaverat Daniellius, quæque revera infelicem exitum ſortita eſt, ſequuta morte ejuſdem monialis.

DEUSDEDIT. Hunc Epiſcopum aliqui dant Ravennati eccleſiæ; noviſſime Johannes-dominicus Coleti vindicat eccleſiæ Imolenſi; nos potius aſſentimur iis, qui Epiſcopum fuiſſe Faventinum exiſtimant. Quando in ea eccleſia ſederit, non eſt exploratum; erat Epiſcopus Indictione v. ex inſcriptione extante in eccleſia plebis S. Petri in Sylvis Balneocaballi, quam exhibemus: „ DE DONIS DEI ET SANCTI PETRI APOSTOLI. TEMPORIBUS DOMNI DEUSDEDI VENERABILIS EPISCOPI, JOHANNI HUMILIS PRESBYTER FECIT PER INDICTIONEM V." Indictio v. per ea ſecula conjungitur cum annis 767. 782. 797. 812. 827. 842. 857. 872. 887. 902. 917. Tempus Deusdedit non videtur conjungendum cum indictione anni 767. quia anno 769. Epiſcopus Faventinus erat Johannes; non cum indictione anni 827. quia anno 826. ſedebat in eccleſia Faventina Leo; non cum indictione annorum 857. & 872. quia Romanus vivebat Epiſcopus Faventinus annis 858. & 861. defunctus vero videtur anno 881. non cum indictione anni 902. eo quod Romanus II. tum anno 898. tum 903. eam eccleſiam regebat; non demum cum anno 917. quia Paulus circa annum 920. Faventinæ eccleſiæ præerat. Supereſt ergo, quod Deusdedit tempora ad annos 782. 797. 812. 842. 887. aſſignemus. In indice Chronologico, in quo exhibetur ſeries Epiſcoporum Faventinorum, Deusdedit fuiſſe facile Epiſcopum Faventinum anno 819. ſcripſimus col. 686. Acceſſ. Faventin., quod emendandum eſt, ſubſtituendusque vel annus 812. vel ceteri, ſub quibus indictio quinta recurrit.

DIDYMUS Faventinus ponitur a Geſnero in Elencho Scriptorum pag. 234. Refert Geſnerus ipſum ſcriptitiſſe adverſus Thomam Placentinum pro Martino Luthero orationem diſerte & eleganter exaratam, impreſſam in Germania anno 1521. Capita defenſionis Didymianæ ſunt hæc: „ Philoſophia, item Scholaſtica Theologia reprobantur. Quatenus liceat ſub ritu magiſtratum corripere. De Indulgentiis. De Pœnitentiæ partibus. De Turcicis bellis. De Romani Pontificis monarchia." Libellum Didymi non licuit viſere, ſed ex iis capitibus a Geſnero relatis pronum eſt credere ipſum e caſtris eccleſiæ transfugam ſe recepiſſe in Germaniam, ubi pullulantibus Lutheri erroribus, ei adhæſerit, & ad ejus favorem ſcripſerit allatam orationem.

DIVERSUS Salius Petrus, Faventinus Medicus & Patritius. Floruit circa annum 1563. quo fuit, teſte Cavina pag. 647. unus ex Prioribus ſeu Antianis ſuæ urbis; Iterum fuit Prior anno 1577. In Bibliotheca Patavina Vulpiorum pag. 353. hæc Diverſi enuntiantur opera: „ Opus de febre peſtilenti editum Francofurti 1586. in 8. & Hardevici 1656. in 8. Opus de affectibus particularibus, & in Donatum-antonium ab Altomari de medendis humani corporis malis in 8. Francofurti apud Wechelios anno 1586." Paſchalis Gallus in ſua Bibliotheca Medica pag. 258. clarius enuntiat Diverſi lucubrationes: „ Petri Salii Diverſi, inquit, Medici Faventini de Febre peſtilentiali tractatus, & curationes quorumdam particularium morborum, quorum tractatio ab ordinariis Medicis non habetur, atque adnotationes in artem Medicam ab Altomari editam in 4. Bononiæ 1584. & Francofurti 1586." Ad Petrum Diverſum Medicum Faventinum tunc temporis celeberrimum, extat Hieronymi Mercurialis excellentiſſimi itidem Medici Forolivienſis conſultatio T. II. pag. 81. Conſultationum hujus inſignis viri. Sub nomine Petri Salii recuſum fuit opus de morbis particularibus Ferrariæ in folio anno 1692. Commentaria de morbis lucem viderunt Francofurti etiam annis 1602. 1612. 1646. in folio. Johannes Schenkius in præfatione Obſervationum ſui operis: „ Petrus Salius, inquit, accuratus auctor, & vir longe doctiſſimus ſelecta quædam argumenta Medica rariora exquiſite deſcripta exhibuit." Præter impreſſa alia reliquit Diverſus, quæ lucem expectant. Familia Diverſa fuit appellata etiam Salia, nunc appellatur Mingolina. De eruditis Saliis plura ad literam S. congeſſimus, quæ ad notitiam noſtram venerunt.

DOMINICUS de Balneocaballo O. FF. Min. Conv. Profertur a Borſetto in Hiſt. Gymn. Ferrar. T. II. pag. 479. circa annum 1475. in Albo Doctorum Ferrarienſis Collegii Theologorum.

DONATUS a Sancta-agatha Provinciæ Æmiliæ Ordinis Minorum, Hæreticæ pravitatis Inquiſitor. Memoratur a Wadingo pag. 104. concinnaſſe tractatum adverſus Hæreticos, cujus initium: „ *Spiritus Sancti gratia* &c." Recenſet Donatum in ſua Bibliotheca Latina Mediæ & Infimæ Ætatis Tomo II. pag. 56. Johannes-albertus Fabritius.

DURATIUS Marcellus Januenſis, Stephani Cardinalis patrui nepos, in Academia Peruſina legibus ad recte judicandum inſtitutus, Ariminum, Viterbium, Peruſiam, Lauretum civitates ſtrenue gubernavit; Nuntius Apoſtolicus & Archiepiſcopus Chalcedonenſis ad Reges Hiſpaniarum & Luſitaniæ, Purpura Cardinalitia donatus fuit ab Innocentio XI. Tum Carpentoratenſibus, Ferrarienſibus & Spoletinis Epiſcopus datus, Bononienſi & Æmiliana Legationibus clarus, ab Innocentio XII. Faventinis anno 1697. conceſſus eſt Epiſcopus. Obiit menſe aprili anno 1710. Septima ſupra trigeſimam die oratione parentali laudatus fuit a Philippo Rondininio Cathedrali Eccleſiæ Faventinæ Canonico Theologo, a quo iſta hauſimus. Edita fuit oratio Faventiæ typis Archii & Zanoni eodem anno 1710. Optime meritus eſt de ſua Eccleſia, de Clericorum puerorum ſeminario, de civitate tota Duratius, ejuſque memoriam nulla delebit vel ſera Faventinorum civium poſteritas.

E

EMILIANI Emiliano. Vide *Æmiliani Æmilianus*.

EPOANDRO Napili. Vide *Napili Epoandro*, ideſt *Papinus Leonardus*.

ERCULANIUS Andrea[s]. En quid de ipſo, & quidem ut de Faventino cive, profert Flaminius in epiſtola. „ Nec Andream Erculanum tacebo, qui quanta cum laude jus civile Bononiæ docuerit, fama, quam de ſe reliquit, latere non ſinit. A quo ſane Erculanorum familiam Bononiæ inter primarias nobilitate ac opibus numerandam traxiſſe originem credimus. "

ERCULANIUS Bartholomæus „ Faventinus: Nicolai Juriſconſulti filius, Legum ſectator & ipſe fuit, quibus ampliſſimam famam eſt adeptus. Ex Bombaccii Bononienſis hiſtoria Bartholomæum in Ferrarienſi Gymnaſio legiſſe deprehenditur, quod Nicolai Eſtenſis conſtanti imperio accidiſſe exiſtimamus; ſcribit enim citatus auctor Bartholomæum Bononiam reverſum a Borſio Marchione Eſtenſe ad docendum Ferrariæ iterum fuiſſe invitatum, ſed a Bononienſibus ſub confiſcationis bonorum pœna, quominus ad nos reverteretur, impeditum. Ita Bombaccius ad annum 1459. Sed Erculanius ipſe ſe Ferrariæ docuiſſe aperte fatetur in ſubſcriptione Conſilii xxv. impreſſi Tomo III. Conſiliorum Criminalium, per Johannem baptiſtam Ziletti collectorum, ubi: *Et ita dico & conſulo ego Bartholomæus Herculanius J. V. D. & ad præſens jura civilia legens Ferrariæ.*" Hæc in Hiſt. Gymn. Ferrar. Borſettus T. II. pag. 15. Orlandius in Scriptoribus Bononienſibus pag. 68. ait, Bartholomæum ſcripſiſſe ſuper primum librum Digeſti Veteris, & aſſervari mſs. ejus opera. Citat autem Alidoſium fol. 49. & Bumaldum fol. 34. Guarinus autem Ferrarienſis in Supplemento & Animadverſionibus ad Gymnaſium Borſetti P. II. pag. 12. ſequentia de Erculanio ſupplet: „ Immo tradunt nonnulli ſcriptores ex relatione Alidoſii JC. fol. 49. Bartholomæum veneno ſublatum obiiſſe, ex quo mandatis Ducis Borſii, qui eum Ferrariam ſecundo acciverat, obtemperare recuſaverit. Dies ejus emortualis fuit xx. maji anni 1469. Ejus oſſa depoſita fuere in D. Dominici Bononiæ, non obſtante ſequenti epitaphio in eccleſia S. Johannis de Monte ejuſdem civitatis exſculpto: *D. Barth. Herc. Jur. Conſ. Nicolai filio, qui Bononiæ magna auditorum frequentia, ac deinde Ferrariæ Borſio Duce primas tenens ſedes*, ſummaque animi ſui celebritate jus civile docuit. Vita exceſſit M. cccc. LXVIIII." Deinde ſubjungit idem Guarinus: " Fuiſſe hunc Herculanium Faventinum non plane conſtat; certe ex Ghirardaccii ms. habemus ſub anno 1454. eumdem Bartholomæum caput Tribunorum plebis electum. "

Verum contra Guarinum enucleatius heic loci demonſtrandum aſſumimus, familiam Herculaniam, origine certe Faventinam, tempore Bartholomæi perduraſſe in eadem Faventiæ urbe, licet eodem tempore lares quoque ſuos extendiſſet in Bononienſem civitatem. Et primo, quoad originem habemus ex chartis Azzuriniis Sacc. IV. Girardum Arculanum, judicem fuiſſe Communis Faventiæ anno 1221. ejuſque nomen perduraſſe ad annum 1236. Videantur Monumenta Faventina coll. 474. & 488. ſicut etiam ad col. 505. nomen apparet ex eodem Azzuriniano tabulario, Fenocli Ercolani ad annum 1266. Tonduccius pag. 213. ad annum 1281. meminit Franciſci Erculanii Faventini, qui violenta morte interiit; Ad annum 1360. memoratur Erculanus Erculanius, qui etiam ad annum 1380. dicitur pater fuiſſe Andreæ & Petrizoli; ex Andrea vero progenitos fuiſſe Johannem, Nicolaum, & Franciſcum; quorum Johannes fuit Comes-ſtabuli Johannæ Reginæ Neapolis circa annum 1420. & vir non ſolum egregius in bello, ſed prudens in conſiliis, cujus etiam ſententia attentatum fuit facinus, quod a ceteris impoſſibile credebatur, & relata fuit victoria; quare de eo ſcripſit Blondus: „ Ceteris ſalute deſperata abeundum credentibus, Johannes Herculanus Faventinus, vir celebratæ in eo regno prudentiæ, paratam eſſe victoriam, ſi Sfortia annueret, oſtendit. " Franciſcus alter filius Andreæ & Johannis frater fuit Abbas S. Johannis de Acereta Ordinis Fontis-avellanæ, de quo fit mentio in tabulario Capitulari Faventino ad annum 1420. in quadam conventione Dalfini de Gozzadinis Bononienſis, Abbatis S. Mariæ de Caſanova, cum Canonicis Faventinis: „ Actum in monaſterio S. Mariæ foris portam, præſentibus . . . . . & Franciſco Arcolani Aceretano Abbate; " & ad annum 1426. quo ipſe Erculanus, de mandato Abbatis Fonteavellanenſis tradidit eccleſiam S. Luciæ, & domus, quæ erant de jure Avellanenſi, incolendas ſanctimonialibus Ciſtercienſibus, quæ habitabant ad S. Eutropii. Videantur Annales noſtri Camaldulenſes ſub prædictis annis, necnon Indices Chronologici ad Acceſſiones Faventinas col. 576. Nicolaus demum tertius Andreæ filius & frater Johannis & Franciſci mox dictorum, fuit pater Bartholomæi celeberrimi Juriſconſulti, de quo eſt ſermo, qui Nicolaus circa hæc eadem tempora, hoc eſt primis Seculi xv. annis præſtans & ipſe juriſperitus fuit, & conſiliarius ejuſdem Johannæ Reginæ Neapolitanæ. An Andreas, qui pater fuit dictorum Johannis, Franciſci & Nicolai is fuerit, qui juxta Flaminii verba tranſtulerit coloniam familiæ ſuæ Bononiam, an alius Andreas, non eſt omnino compertum. Vidimus paulo ante, Johannem Andreæ filium appellatum fuiſſe *Faventinum* a Blondo, qui iiſdem temporibus vivebat, vel ſcribebat; Franciſcum quoque, Abbatem fuiſſe Aceretani monaſterii, quod erat in diœceſi Faventina; quare potius videtur alter Andreas fuiſſe ille, qui Bononiam lares fixit, vel ſi fuit ipſe, non deſtitiſſe eſſe ſimul Faventinus; neque deſtitere ejus progignati & deſcendentes, inter quos nepos ipſius Bartholomæus, de quo inquirimus, præſertim cum tempore Bartholomæi viveret Fa-

ventiæ Andreas alter, qui anno 1470. fuit electus unus ex Conſiliariis Communis Faventiæ, & anno 1476. unus fuit ex Antianis ſeu Prioribus, ac anno 1479. viveret Petrizolus Herculanius creatus ſimiliter unus ex Antianis. In choro eccleſiæ Sanctiſſimæ Trinitatis monachorum Cœleſtinorum Faventiæ ſuper fornicem viſuntur inſignia familiæ Erculaniæ, & ſuper arcum aræ principis, nunc picturis coopertum, legebatur olim ſequens ſepulcralis inſcriptio: „ Sepulcrum clariſſimæ mulieris D. Johannæ de Herculanis, pulcherrimæ corpore, gravis aſpectu, honeſtate, pudicitia, & omnium virtutum fulgentiſſimæ. Obiit anno 1457. " Perſeveravit hæc familia in urbe Faventia etiam ſeculo ſequenti; inter ceteros Marcus-antonius Erculanius vivebat circa annum 1575. ad quem extat Julii Caſtellanii Canonici Faventini epiſtola. Hæc pro vindicanda origine Faventina, vel ſaltem intima relatione, quam Bartholomæus habuit cum eadem civitate Faventina, ex qua jure merito Faventinus dici debet, ſimulque pro illuſtranda nobiliſſima & antiquiſſima Herculaniorum familia,

ERCULANIUS Nicolaus celebris & ipſe Juriſconſultus, & a conſiliis Johannæ Reginæ, pater Bartholomæi mox laudati.

ESSANUS Franciſcus-antonius Ord. Min. Conv. In vita Franciſci Pontelongi laudatur a Franchino in Biblioſophia pag. 245.

EUPHEMIUS Antonius Faventinus; „ Qui multos annos Rhodi Medicina clarus vixit, ubi & diem ſuum obiit; " In medium proffertur a Flaminio in epiſtola, ubi clarorum Medicorum Faventiæ nomina & opera laudat.

EUTICHIUS ſive Ethicus Epiſcopus Faventinus, cujus monumenta extant ſaltem ab anno 1032. ad 1056. Optime meritus fuit de ſuis Faventinis. Conflagraverat ſiquidem civitas, ſimulque igne conſumptæ ferme fuetant antiquæ chartulæ tabularii eccleſiæ Cathedralis. Memoriam itaque ſuſcitavit ſacrorum veterum monumentorum, & ſervavit ab oblivione textum antiquarum paginarum, edicto ſuo confirmans ſuperiora edicta Pauli, Gerardi & Ildebrandi prædeceſſorum ſuorum Epiſcoporum, confecta antiquitus pro Canonicis Eccleſiæ & pro Collegio Presbyterorum & Parochorum urbis Faventinæ. Lectu digna eſt pagina Eutichii, quam ex archivo Capitulari Canonicorum eduxit in lucem Tonduccius pag. 153. ſuæ Hiſtoriæ ad annum 1045. in qua etiam exarata ſunt nomina plurium judicum, legiſque peritorum, quibus abundabat, illuſtrabaturque tunc temporis urbs Faventina; quamque nos inter Acceſſiones Faventinas iterum produximus.

A

B

C

D

E

F

FABRI Hieronymus. *Ipſum* in catalogo Faventinorum ſcriptorum reponimus, quia licet Ravennas fuerit, & clarus ob ſacra monumenta collecta ejus eccleſiæ, orationem habuit in funere Joſephi Majoli nobilis Faventini & Ravennatis, ac Pontificii in Flaminia Exquæſtoris, quam recitavit in auguſtiſſimo ſancti Spiritus templo die xv. januarii anni 1657. inclytis Ravennæ optimatibus. Affertur hæc oratio a Cartario in libro, cui titulus: *Pallade bambina*, in Auctario ad Bibliothecam Volantem Cinellii T. II. pag. 267. novæ editionis.

FABRI Philippus. „ Ortus in loco dicto, *La Spianata*, agri Briſichellenſis in territorio Faventino anno 1564. ſanguine conjunctus cum illuſtri Pallantieriorum Caſtri Bononienſis familia, & adſcriptus anno 1582. Ordini Minorum Convent. ita celebris evaſit in Philoſophicis & Theologicis facultatibus, ut communiter exiſtimetur illuſtrator primus & mirificus ſubtilis & obſcurioris Doctoris Magiſtri ſui Scoti. Poſt primos honores in Ordine, & poſt primas cathedras honorabiliter impletas, pro quibus ſuſtinendis nuncium miſit etiam officio Conſultoris S. Officii, ad quod deſtinatus fuerat ab Urbano pp. VIII., obiit anno 1630. Patavii, publice laudatus in ea urbe, & in aliis civitatibus a præclaris oratoribus. Scripſit, & publica fecit, quæ ſequenti ſerie enuntiamus.

„ Philoſophia naturalis Scoti in theoremata diſtributa, dicata Ambroſio Scaramuccio Brixienſi Abbati Caſinenſi. Parmæ in 4. anno 1601. " Pluries impreſſa fuit hæc Philoſophia, & in Bibliotheca noſtra S. Michaelis habemus quintam editionem curatam Venetiis anno 1622. in 4. Sequitur tractatus Formalitatum; ex repetitione harum editionum clare deducere poſſumus, quanto in uſu, pretio & opinione fuerit hoc Fabrii opus.

„ In primum librum Sententiarum Scoti ad Felicem Centinum Cardinalem. Venetiis 1613. "

„ In ſecundum, tertium & quartum Sententiarum librum in folio. "

„ De Prædeſtinatione ad Hippolytum Aldobrandinum Cardinalem. Venetiis 1613. in fol. "

„ De Reſtitutione & extrema Unctione. Ibidem 1624. in fol. "

„ De Pœnitentia, Peccatis, Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis, Ludovico Ludoviſio Cardinali. Ibidem 1623. in fol. "

„ Adverſus impios Atheos, Franciſco Barberino Cardinali. Ibid. 1627. in fol. " Inter Scriptores adverſus Atheos recenſet etiam Fabritius pag. 340. in Syllabo ſcriptorum Veritatis Religionis Chriſtianæ.

„ De Sacramento Ordinis, pœnis & cenſuris eccleſiaſticis, Marcello Lante Cardinali. Ibid. 1628. in fol. "

„ In duodecim libros Metaphyſicorum Ariſtotelis poſthumum opus vulgatum a Mathia Ferchio. Ibidem 1637. dicatum

„ Car-

„ Cardinali Franciſco Barberino in fol. “

„ De Primatu Petri & Romani pontificis „ adverſus Marcum antonium de Dominis. “ Opus in lucem emiſſum ab eodem Ferchio poſt obitum Fabri.

„ De auxiliis & concurſu cauſæ primæ „ cum ſecunda. “

Idem Mathias Ferchius Veglenſis, & ejuſdem Ordinis alumnus vitam Fabri poſteris tradidit. Cum laude agunt de Fabro Ghilinus, Wadingus, Tomaſinus Epiſcopus Æmonienſis, Portinarius aliique.

Ipſius epitaphium conſpicitur in Eccleſia S. Antonii Patavinæ urbis, & eſt hujuſmodi: „ *Philippo Fabro Faventino Conventualium Ordinem ſacra vita, regimine ſtudiorum, & Provincialatu Bononienſe, Peripateticam, & Scoticam palæſtram libris Logicæ, Phyſicæ, Metaphyſicæ, Scholaſticæ, Theologicæ Chriſtianæ, Fidem, ſcriptis in Atheos & Hæreticos acerrimis, Patavinam Univerſitatem ſtudio Philoſophiæ & Theologiæ annis* XXVIII. *vitam mortalem* LXVI. *immortalem anno* M. DC. XXX. *virtutibus illuſtranti, Patavini Patres amantes amanti juſta ſolvebant.* “ Hæc ſunt exſcripta ex Biblioſophia P. Franchini pag. 204. Nolumus omittere nobile elogium, quod apud eumdem Franchinum pag. 583. Fabro contexuit Paullus Freherus in Virorum eruditione clarorum Theatro P. IV. pag. 1525. edito Norimbergæ anno 1688. „ Philippus Faber, inquit, „ Faventinus doctrinam Scoticam alternis „ impugnantium fluctibus prope obrutam ad „ priſtinum robur ingenii ſui validitate reſtituit, quo poſtea merito, ejus ſectæ lucerna & propugnaculum ſummo eruditorum „ conſenſu vocatus eſt. Et quidem hujus „ viri paraſis Scholaſticorum more haud inſulſa & inepta, ſed in ſui ſimplicitate, „ planis diſtincta ſententiis, atque optima „ ordinis ratione ſuffulta, diſputando permovet, decernendo perſuadet; exæquat copiam „ opinionum firmitas, ſubtilitatem facilitas „ temperat. “

Non abs re quoque erit breve carmen ſubnectere Joſephi-mariæ Ciriæ Poetæ Cremonenſis in ejus laudem:

„ Ardua cum ſummi penetres arcam
„ Tonantis,
„ Ingenio ſubeas ſyderaſque domos,
„ Ipſe tuæ Scotus miratur mentis acu-
„ men,
„ Te Sophus argutus Theologuſque
„ ſtupet.
„ Docta theatralis miratur & exedra
„ circi,
„ Palladiique ſimul gymnica arena
„ fori.
„ Jure Faventinum venerentur quæque
„ Lycea
„ Namque novus celebri promicat ar-
„ te Faber. “

Extant hi verſus in Carminibus illuſtrium Poetarum Italorum editorum Florentiæ anno 1719. Tomo III. pag. 406.

De Fabro præterea aliqua dicunt Georgius Vivianus Marcheſius in Monum. Vir. Illuſtr. pag. 65. & Poſſevinus ante eum T. II. Appar. Sacri pag. 172. ubi Fabrum Artium & S. Theologiæ Doctorem in Parmenſi Gymnaſio regentem, ac in Cœnobio S. Johannis evangeliſtæ Lectorem nominat, & aliqua ejus opera recenſet. Hieronymus Scarparius Ferrarienſis O. Servorum S. Mariæ edita oratione anno 1631. ei parentavit Ferrariæ in templo D. Franciſci.

A FABRONIUS Angelus. Notior eſt, quam ut illuſtrari indigeat; Ex Maradienſi fuit familia, quæ eadem eſt cum nobiliſſima Piſtorienſi, & ſequentia habet ſui excultiſſimi ingenii monumenta, quæ recenſemus.

„ De Vita & rebus geſtis Clementis XII. „ Pont. Max. Commentarius. Romæ M. DCC. „ LX. “ quem dicavit, cum Prior eſſet inſignis Baſilicæ Laurentianæ Florentiæ, Cardinali Nerio Corſinio, ſummi Pontificis nepoti; in quo tribus libris primum Corſinianæ familiæ illuſtres viros & egregia facta, cum vitam Laurentii Corſinii, antequam ad
B Pontificatum eveheretur, poſtremo ejuſdem acta poſt aſſumptionem ad eam ſupremam dignitatem ad obitum uſque enuntiat, una cum inſcriptionibus in ejus memoriam erectis, & numiſmatibus cuſis, ac cum catalogo Cardinalium ab eodem R. P. creatorum in quatuordecim promotionibus. Hanc tamen vitam in epiſtola ad Fogginium Decade IV. Vitarum, ſequentibus annis non omnino probavit, judiciumque tulit, quænam in ea elucubratione non placerent. Tranſtulit ex Gallico idiomate: *Le Maſſime di Madama di Sablè. I Dialoghi di Focione.* Hæ verſiones
C lucem viderunt Romæ. Publico quoque conſpectui donavit Florentiæ: *Le lettere famigliari di Lorenzo Magalotti in due volumi.*

Poſtremis temporibus ex Priore S. Laurentii, electus a Petro Leopoldo M. Ethruriæ Duce Prior & Prælatus eccleſiæ & baſilicæ Conventualis Equitum S. Stephani in urbe Piſana, cui dignitati competunt Pontificalia inſignia, Diarium cum ſociis contexuit, quo exacta & erudita feruntur judicia de celebrioribus libris, qui a literatis viris in lucem emittuntur; cujus Diarii quatuordecim habemus volumina.

D Cum adhuc Romæ eſſet, Vitas conſcribere aggreſſus eſt virorum Italorum doctrina excellentium, qui præſenti Seculo XVIII. floruerunt & occubuerunt, exactas ad veritatem & fidem, ſcriptas vero ſimplicitate, claritate & elegantia Cæſariana & Corneliana. Prima Decas prodiit Romæ anno 1766. Secunda anno 1769. utraque ſuo Magno Mæcenati Petro Leopoldo dicata. Tertia decas anno 1770. Quarta anno 1774. lucem viderunt.

Ex archivo ſecreto Magni Ducis eduxit epiſtolas, ſive literarium commercium Academicorum,
E vulgo *Del Cimento*, ad Leopoldum, & ad Franciſcum, Magnos Ethruriæ Principes, & Academiæ munificentiſſimos patronos. Impreſſæ fuere Florentiæ anno 1773. in 8. In iis, præter quatuor epiſtolas Principis, inde Cardinalis Leopoldi, leguntur epiſtolæ Galilei, Borellii, Montanarii, Michelinii, Bullialdi, & Comitis Magalotti; aliquæ etiam celebrium virorum Ranierii, Caſtellii, de Angelis, Fabrii, Johannis-domi-

nici

nici Caſſini, Del Buono, Rinaldinii, Redii, Huygens, Campani, Viviani, Finchii, Bellini, Walliſii, & Alexandri Marchettii. Lucæ Holſtenii præterea, Caroli Dati, Coſimi Brunettii, Abrahami Echellenſis, Octavii Falconerii, & Alexandri Segnii. Brevibus autem, ſed eruditis notis epiſtolas haſce illuſtrat Fabronius, dicatque literatorum Mæcenati Comiti Firmiano, in ſpem nos adducens plures alias hujus generis epiſtolas ſe daturum. Exſcripſimus Tomum XI. Diarii Piſani in Notitiis Literariis pag. 304.

Scimus Fabronium pro merito deſtinatum præceptorem ad imbuendos regios impuberes natos ejuſdem Petri Leopoldi Magni Ethruriæ Ducis.

FABRONI Hiacyntha Sanctimonialis Ordinis S. Dominici, Maradienſis. Scripſit ante annum 1647. aliquot Opuſcula ſpiritualia, quæ typis evulgari voluit ſub nomine fratris Angeli eremitæ. Ea porro ſunt: *Le ventiquattro ore della Paſſione di noſtro Signore. Meditazione ſtampata delle tre ore, che Gesù ſtette in Croce, con un'aſpirazione di beata morte, aggiunta alla Corona delle Meditazioni di noſtro Signore, ſtampata per bene delle Anime*. Nata Hiacyntha anno 1578. habitum S. Dominici induit anno 1595. die xx. auguſti in aſceterio S. Jacobi de Ripolis extra Florentiam; ad cœlum vero evolavit anno 1647. Ipſius vitam brevi calamo deſcripſit Magnanus Tomo II. pag. 113. ex antiquiore vita, quæ aſſervatur in dicto pathenone, & ex memoriis apud Vincentium Nardium Dominicani Ordinis hiſtoriographum, nec non ex actis capituli generalis anni 1670. ad pag nam 1385.

FAENZA *liberata dalla peſte. Dramma.* Anno 1769. die ſolemni S. Mariæ Gratiarum in Baſilica majori, muſico modulamine exhibitum fuit civium & advenarum frequentiæ. Poeſis eſt Franciſci Maccabelli e Ruſſio, Magiſtri Grammaticæ Superioris in Faventino Seminario. Vide *Macabelli Franciſcus*.

FAGNOLUS Alexander. Ab epiſtolis Antonii Cantoni Epiſcopi Faventini, & illuſtris Poeta, plures reliquit fœcundi ingenii ſui fœtus in Poetica facultate, præſertim Lyrica, quorum aliquot carmina leguntur in ſecunda parte collectionis Abbatis Budrioli pag. 16. Elegia quoque ſtylo Catulliano extat in Operibus Vulpiorum. Videantur etiam Memoriæ Philergitarum pag. 314. Volumen poeticarum compoſitionum tam Latinarum quam Italicarum reliquit ſuis hæredibus, meritoque de ipſo judicatur, quod in utraque Poeſi ad excellentiam acceſſerit.

FALEGNAMI (*de*). " *Capitoli & Ordini per la matricola de Falegnami della Città di Faenza riſformati da ſer Franceſco Donelli notario dell' Arte l' anno 1586. con l' aſſiſtenza è intervento e conſenſo di M. Rizzo de Bertoli, e M. Franceſco Buzzi Conſoli di quel tempo, e di M. Vergilio Chiodaroli, M. Giambattiſta Palantieri, M. Antonio Ridolfini e M. Pietro Boni à ciò deputati, & a ſpeſe proprie di M. Maria Raccagni maſſaro della medeſima arte fatti ſtampare. In Faenza 1620. in 4.* "

Approbata fuere hæc capitala poſt reviſionem Doctorum deputatorum a Communitate, ſive a Prioribus vel Antianis urbis Faventinæ.

FANTAGUTIUS Petrus. Collegit vitas plurium piorum virorum patriæ ſuæ, quæ ineditæ remanſerunt, præter vitam S. Æmilianæ martyris, quæ in lucem exiit, teſtimonio Magnani. Ipſe Magnanus frequenter adhibet ejus memorias, utiturque ipſius auctoritate in concinnandis vitis SS. & BB. Faventinorum. Erat Fantagutius & Poeta, inter Induſtrioſos Imolæ Academicos appellatus Incitatus, & inter Incitatos Faventiæ Induſtrioſus. Vivebat anno 1690., nam eo anno in quadam collectione facta Faventiæ apparent ejus nomen & carmen.

FANTOLINUS Blaſius. Recenſetur a Magnano pag. xv. introductionis ad Vitas SS. & BB. Faventinorum, inter viros literatos Faventiæ. Leander Albertius in Deſcriptione Italiæ pag. 311. virtutibus & moribus decorum nominat ex Fantolina gente Hugolinum, ſed hic videtur potentia & armis conſilioque dumtaxat prævaluiſſe in urbe Faventina.

FATTORINI Franciſcus O. Servorum B. Mariæ, Faventinus & S. Officii Conſultor. Ob inſignem ſuam peritiam in cauſis agendis apud illud ſacrum Tribunal., vulgo dictus fuit honoris gratia, *La Balla d' oro*; Declamator quoque e ſacro ſuggeſtu maximo plauſu ubique excipiebatur; domeſticas etiam, eaſque primarias Ordinis Academias moderatus eſt, necnon pluribus in locis Theologiam publice fuit interpretatus. Denique Provinciæ Romandiolæ præfectus, laudabile prudentiæ ſuæ & integritatis ſpecimen præbuit, & de Faventino potiſſimum Cœnobio ſuo optime emeritus, adhuc poſt obitum in poſterorum memoria vivit. Deceſſit anno 1624. menſe ſeptembri. De eo Annaliſtæ ejus Ordinis.

FAVENTIA (*a*) Antonius, non confundendus cum Antonio Poeta Faventino, neque cum Antonio Cittadinio, qui Patavina cathedra decoratus fuit, (ſeculo enim præceſſit) legitur in ſepulcrali lapide poſito in eccleſia ſanctimonialium S. Petri de Patavio apud Jacobum philippum Tomaſinum Epiſcopum Æmonienſem in Inſcriptionibus Patavinis pag. 76. ſub num. 15. & apud Jacobum Salamonium O. Prædicat. in Inſcriptionibus ſimiliter urbis Patavinæ pag. 118. ſub num. 19. his verbis: *Sepulcrum providi & honeſti viri ſer Antonii de Faventia ac ſuorum hæredum.* M.cccc.xxiii.

FAVENTINÆ Eccleſiæ, & Epiſcoporum ejus urbis privilegia quædam ad annum 1319. Extant inter Codd. mſs. Tabularii Fontisboni in Ethruria Ordinis Camaldulenſis.

FAVENTINI Annales materna lingua ſcripti. Citantur ſæpius a Scipione Claramontio in Hiſtoria urbis Cæſenæ. Credimus eſſe ipſos Toloſani Annales, ſeu Chronicon, ab aliquo auctore in Italicum ſermonem converſum. Scimus Gregorium Zuccolum, inter ceteros, Chronicon Faventinum Toloſani vertiſſe & in compendium redegiſſe, anno 1575.

FAVENTINORUM Antianorum Epiſtola

encY.

encyclica in commendationem Zachariæ Ferrerii Vicetini, Pontificis Gardienſis, qui fuerat Faventiæ & Vallis-Lamonis gubernator, data anno 1523. die xii. martii. Edita fuit hæc epiſtola in urbe Venetiarum per Johannem-antonium & fratres de Sabio impreſſores eodem anno.

FAVENTINORUM Capitula cum Veneta Republica anno 1504. Alia cum Julio II. Romano pontifice ſub anno 1510. Extant per extenſum in Hiſt. Tonduccii pagg. 569. & 587.

FAVENVINORUM epiſtola ad Bononienſes anno 1256. Eruta eſt ex libro Bononienſi inſcripto P. 1329. fol. 101. & producta col. 624. Acceſs. Hiſtor. Faventinarum.

FAVPNTINUM decretum Aſtorgii II. Manfredi anno 1453. Ext. Ibid. col. 790. Alterum Galeotti anno 1487. Ibid. col. 792. Tertium Aſtorgii III. anno 1497. In eadem collectione col. 792.

FAVENTINA „ Statuta ſub Urbano IV. „ Bonifacio VIII. Johanne XXII. Benedicto „ XII. Innocentio VI. Gregorio XI. Sixto „ IV. Romanis Pontificibus, condita a Legatis „ Apoſtolicæ Sedis in Romandiola, præſertim „ ab Ægidio Sabinenſe, Bertrando, Neapoleone & Anglico S. R. E. Cardinalibus. " Reperiuntur in Statutis eorum Cardinalium typis impreſſis Seculo xvi.

FAVENTINA „ Statuta ſive ordinamenta „ magnificæ Communitatis Faventiæ, ſub „ cenſura & examine celeberrimorum Pontificii & Cæſarei juris Profeſſorum, Gabrielii Calderonii, Andreæ Severoli, Petrigentilis Laderchii, Vincentii Tondutii Advocatorum, & acutiſſimorum Juriſperitorum Bartholomæi Taurelli & Nicolai Viaranæ cauſarum patronorum, diligentiſſime „ recognita & digeſta. " Lucem aſpexerunt in eadem civitate Faventiæ anno 1527. die xxiv. ſeptembris imperante Clemente VII. Pontifice maximo, Pontificatus ſui anno quarto, typis Johannis-mariæ de Simonettis Cremonenſis calchographi.

FENCIOLIS (*de*) Uguccio. „ Vir principum negotiis & uſibus reipublicæ idoneus „ atque perutilis ex familia Faventina cum „ veteri tum & non ignobili " appellatur in præfatione ad collectionem Statutorum novorum pro cuſtodia urbis ſub Aſtorgio III. anno 1492. quorum Statutorum Uguccio fuit unus ex compilatoribus.

FENZONIUS Johannes-baptiſta Faventinus ſ Briſichellenſis ſequens elogium meruit a no Nicio Erythræo Pinacothecæ T. I. pag. . „ Urbis Faventiæ mentio fecit, ut nobis veniret in mentem Johannis-baptiſtæ „ Fenzonii JC. civis ejuſdem clariſſimi, quamquam ille ſe Braſichellæ ortum dicat, quod eſt Æmiliæ oppidum non ignobile, quodque ſemper multos miſit Romam in omni virtutum genere præſtantes viros, & nos eodem tempore in auguſtiſſimo Cardinalium collegio duos ex eodem oppido vidimus eo loco & munere digniſſimos. Sed Faventia civem etiam ſuum „ agnoſcit, qui non comitate & hilaritate, „ ut alii, ſed triſtitia & ſeveritate commendatus, omnibus iis honoribus functus eſt, „ qui uxores habentibus patent. Nam primum Octavio Paravicino Cardinali, Germaniæ patrono, tum Scipioni Cardinali Burgheſio, qui, illo mortuo, Germaniæ „ ejuſdem patrocinium ſuſceperat, a cognitionibus fuit, quo poſtea ſuffragante, ad „ urbanos magiſtratus aſcendit, ac princeps „ Appellationum primo, nec ita multo poſt „ Urbis Senator fuit, quem magiſtratum „ magnificentiſſimo apparatu adiit & pompa, tota fere civitate in ejus ſpectaculum „ effuſa. Sed tam propenſæ in eum voluntatis hanc illi gratiam retulit, quod leges „ ejuſdem municipales doctiſſimis commentariis illuſtravit; quem librum nemo eſt „ advocatus, nemo cauſarum patronus, nemo legulejus, quin habeat, legat, quin „ in reorum defenſionibus utatur. In quo „ illud mirum accidit, quod ſumptibus, qui „ in eo opere imprimendo fiebant, ſuppeditandis, inſignem bibliothecam optimorum „ librorum copia refertam, tot annorum „ opera, ſtudio, labore, ſumptuque comparatam, quæque uni etiam oppido ſplendori ornamentoque poſſet eſſe, divendidit; „ tam multis libris tamque præclaris ille „ liber conſtitit. Fuit homo tetricus, ambitioſus, honoris appetens, iracundus, magnus ſui æſtimator, quidquid dixerat, veluti Apollinis oraculo profectum, videri „ volebat. Sed homo catus, qui recte noſſet „ aliis cavere, in ſuis negotiis hebes ac tardus inveniebatur; quo factum eſt, ut extremo vitæ ſuæ tempore arduis & contortis litibus ſua incuria & indiligentia excitatis implicitus, ex ægritudine & articulari morbo deceſſerit. " De Fenzonio etiam Marcheſius in Monum. Vir. Ill. pag. 75. pauca hæc habet: „ Fenzonius Johannes baptiſta a Briſichella JC. doctiſſimus & „ Senator Almæ Urbis commentaria Legum „ Romæ Municipalium edidit, quibus Deciſiones Rotæ inſeruit ad Statutorum materiam pertinentes. Fuit apud Urbanum „ VIII. gratioſus, & apud omnes celeber. " Meminit & Magnanus T. II. pag. x.

FERIERIUS vel Ferrerius Zacharias. Vicetinus quidem patria, ſed qui maxime Faventiam urbem dilexit, ut fidem facit ipſius epiſtola miſſa ad Hadrianum pp VI. quam in Acceſs. Fav. produximus col. 842. Theologus & Abbas Subaſienſis, poſtea Epiſcopus Sebaſtenſis, deinde Gardienſis, & electus Faventiæ & Vallis-Lamonis Gubernator, „ Lugdunenſe ſomnium edidit de divi Leonis X. „ ad ſummum Apoſtolatus apicem Divina de- „ lectione. " Præmittitur epiſtola Alexandri Lælii Artium & Medicinæ doctoris ad eumdem Zachariam. In fine leguntur epigrammata Fauſti Philomuſi Poetæ Novocomenſis Laureati, in ſomnium Lugdunenſe, & ejuſdem Zachariæ ad Ludovicum XII. Francorum Regem epiſtolæ. Omnia impreſſa Lugduni in membranis anno 1513. Extat etiam hocce ſomnium in Bibliotheca Laurentio-Medicea pluteo xxxiii. num. 12. teſte Mont. fauc. Bibl. Bibl. pag. 308. ex qua editum

kerum

iterum fuit Tomo IV. Carminum Illuſtrium Poetarum Italorum pag. 270. quæ lucem viderunt Florentiæ anno 1719. Somnium ſuum Zacharias ſive Sylvam dicavit Franciſco Soderinio Volaterrano Epiſcopo S. R. E. Cardinali. Videatur pariter Johannes-albertus Fabritius T. VI. pag. 332. Bibl. Med. & Inf. Ætat. ubi Zachariæ tribuit vitam etiam S. Caſimiri, typis impreſſam Thorunii anno 1511. quo tempore Nuntius & Orator miſſus fuerat in Poloniam, ut pacem conciliaret inter Sigiſmundum Regem Poloniæ, & inter Magnum Pruſſiæ Magiſtrum Albertum Brandeburgi Marchionem, ſororis ejus filium.

IDEM. Orationem habuit anno 1511, ad Patres congregatos in ſecunda Synodo Piſana quæ ſimiliter edita eſt in actis ejus Synodi. Epiſtolam etiam ſuaſoriam ad Hadrianum pp. VI. de Reformatione eccleſiæ anno 1522. Vide Poſſevinum T. II. Appar. Sacr. pag. 378. Producta hæc fuit Venetiis eodem anno a fratribus de Sabio.

IDEM. Hymnos compoſuit, quorum uſum Clemens VII. Pont. Max. ſuo tempore approbavit. Prodierunt hi Romæ anno 1549. apud Ludovicum Vicetinum. Dicitur etiam Additiones fecisſe operibus canonicis Nicolai Panormitani. In Tabulario S. Mariæ foris portam Faventiæ faſc. XII. extat Zachariæ ſententia in ſavorem ejus monaſterii anno 1523. Digna demum, quæ legatur, eſt epiſtola Faventini generalis Conſilii, Antianorum ſcilicet Præſidentium in laudem Ferrerii, quæ lucem vidit Venetiis anno 1523.

FERRI Antonius. Auctor eſt genealogiæ Mazzonanæ familiæ Faventinæ; teſte Magnano T. II. pag. VIII. familiæ pariter Azzaliæ pag. 15. ejuſdem voluminis.

FERRI Hieronymus. Lonzanenſis, ſed qui florentiorem ætatem ſuam annis quatuor & viginti in urbe Faventina impendit, in qua celebres alumnos in Oratoria, Rhetorica & Poetica facultatibus inſtituit; „ annum, (dixit ipſe alicubi), ſupravigeſimum apud vos docui, ut ſi Lonzanenſis „ deſinere eſſe poſſim, non alius cenſeri vellim, quam Faventinus; “ plura habet ingenii ſui monumenta; & præter orationes & carmina, tum Latina, tum Italica, omnibus ferme ſui temporis collectionibus interſperſa; præter opellam de Tabulario Azzurinio Faventino, noviſſime doctiſſimas epiſtolas Alambertianas elaboravit, quibus contra Alambertium & Latine ſcire, & ſcribere nos poſſe ad oculum demonſtrat. Præmiſit epiſtolis, vitam & glorioſa monimenta Hadriani S.R.E. tituli S. Chryſogoni Presbyteri Cardinalis, inter primos Latini ſermonis reſtauratoris, quam vitam ſumma diligentia, eruditione & fide mirifice illuſtravit, dicatamque una cum Alambertianis voluit SS. Patri D.D. Clementi pp. XIV. feliciter regnanti. Vivit amantiſſimus noſtri, locumque cathedræ Eloquentiæ & Antiquitatum tum Græcarum tum Latinarum implet nunc in Univerſitate Ferrarienſi; & utinam vivat ad multos annos, quo poſſit extremam manum imponere ceteris lucubrationibus ſuis, quas paratas habet, & potiſſimum in animum inducat ſuum editionem decem & ſeptem librorum epiſtolarum Latinarum, in quibus, tota, quanta eſt, Philologia continetur.

FILODICI (*dei*) Accademia. Emblema profert navis agitatæ a procellis, cum lemmate: *Neſcit cui parcat*; ex Magnano pag. XIX. T. I. in præfatione ad SS. & BB. Faventinos.

FILOPONI (*dei*) Accademia. Inſtituta fuit Faventiæ anno 1616. ſub protectione S. Dionyſii Areopagitæ martyris in die S. Marci. Joſeph Malateſta Garuffus *nell' Italia Accademica* pag. 186. retrahit ad annum 1612. diem vero undecimam octobris, quo die Academicos congregatos primum fuiſſe ſcribit, ſed diſtuliſſe ad diem vigeſimam quintam menſis aprilis anni ſequentis Academiam publicam reddere; ipſa vero die interventu Cardinalis Herminii de Valentibus Epiſcopi Faventini, concurrentibus Nobilibus omnibus & civibus, fundamenta poſuiſſe. Præcipui promotores hujus Literariæ Societatis fuere Marcus-antonius Severolus Archidiaconus eccleſiæ majoris, dictus *il Laborioſo*, Antonius Rinaldus Doctor, Jacobus Baſſus Doctor, Andreas Armenini Doctor, appellatus *L' Infuocato*, Johannes baptiſta Zaratinus Caſtellinius *L' Intrepido*, Virgilius Rondininus, Alexander Calderonius *L' Inviato*, Doctor Andreas Gulmanelli, Doctor Andreas Mathiolus, Doctor Hannibal Rondininus, Bartholomæus Gaſparinus Canonicus, Doctor Johannes baptiſta Spada *il Ruginoſo*, Doctor Johannes Naldus Canonicus, Doctor Julius Rondinini, Eques Hippolytus Rondininus, Doctor Paulus Salecchius, Eques Petrus Viarana, & Doctor Terentius Laderchius. Duodecim Legibus Academiam ſuam munierunt.

„ I. Labori ne parcito.
„ II. Virtutem amplexator.
„ III. Sapere ne arbitrator.
„ IV. In dies magis addiſcito.
„ V. Sanam doctrinam ſectator.
„ VI. Aliena invide ne carpito.
„ VII. Meritas laudes unicuique tribuito.
„ VIII. Seria proponantor.
„ IX. Scurrilia interdictave exploduntor.
„ X. Faceta & lepida admittantor.
„ XI. Verba menti præire ne ſinantor.
„ XII. Sancitæ legi & Principi ne adverſator. “

Philoponorum nomen aſſumpſerunt, tamquam laborum amantes. Pro inſigne erexerunt herbæ Molyos, vulgariter dictæ Mercurialis, radicem, quæ oritur in monte Cylleneo, una cum lemmate: „ Difficile effoſſu. “ Euſebius Sarrinus Poeta Florentinus T. IX. Carminum Poetarum Italorum Florentiæ impreſſorum anno 1722. pag. 440. laudat hanc Academiam, ipſius inſigne & inſcriptionem ſequenti per interrogationem & reſponſionem carmine.

„ Parcite Philoponi veſtro ſub nomine
„ ludo.
„ Congrua quæſitis edite verba meis.
Quær. „ Quis juga vos alacres Cyllenia ſcandere juſſit?
Reſp. „ Scandere virtutis fortis adegit
„ amor.

Quær.

Quær. „ Quiſnam radicem valeat convellere Moly?
Reſp. „ Extrahet aſſiduus non ſine fruge labor.
Quær. „ Fors amor atque labor ſolio ſtatuuntur in uno?
Reſp. „ In radice labor, flore quieſcit amor.
Quær. „ Quid magis eſt horum cordi? Quid fortius urget?
Reſp. „ Nos labor inſtimulat, quo magis ardet amor.
Quær. „ Quantum pollet amor? quæ ſunt effecta laboris?
Reſp. „ Omnia vincit amor, fertque trophæa labor. "

FILOPONI Accademici. *Proſa e Rime in morte dell' Arciprete Emiliano Emiliani loro Accademico. In Faenza* M.DCCXV. *per l' Archi e Zannoni*. Leonida-maria Spada princeps Academiæ collectionem dicavit ipſis Academicis. Sequitur monitum alterius Academici L' *Induſtrioſo*. Tum oratio Italica Laurentii Zannoti in laudem Æmiliani, demum carmina Alexandri Burghii, Alexandri Burgos Min. Conv., Andreæ Zambelli, Archangeli Reſani, Bernardi Spadæ, Britonis Dionyſiopolitæ Paſtoris Arcadis, Bruti Raſponi Canonici, Camilli Doctoris Brunorii, Caroli-andreæ Sinibaldi Equitis S. Jacobi, Caroli Abbatis Severoli, Caroli Abbatis Silvani, Dionyſii-andreæ Sancaſſani Magati, Herculis-mariæ Zannoti, Fabritii Comitis Monſignani, Felicis antonii Benini, Franciſci-antonii Liverani, Franciſci-mariæ Manzi, Franciſci-mariæ Zanotti, Iohannis-baptiſtæ Doctoris Zappatæ, Johannis-felicis Monaldi, Johannis-mariæ Ciri Equitis, Johannis-petri Zanotti, Johannis Gerontii, Joſephi-antonii Torriani, Hieronymi Doctoris Baruffaldi, Leonidæ Marchionis Spadæ, Laurentii Zannoti, Aloyſii-antonii Facani, Marci-antonii Azzalii, Nicolai Burghii, Nicolai-vincentii Aquaderni Auguſtiniani, Horatii Battaglini Præpoſiti Faventinæ Cathedralis, Pauli-antonii Sani Min. Conv., Romani-auguſtini Roberti O. S. Auguſtini, Romani Merighii Abbatis Camaldulenſis, Romualdi Magnani, Ruggerii Doctoris Calbi, Sanctis Bucchii, Vincentii Baldini, Vincentii Gabellotti; quorum poetarum maxima pars fuere Faventini, omnes vero Academici Philoponi. Qua data occaſione, ceteros eos omnes ſubjungimus, quos vel defunctos vel viventes, ſeculo tum præterito, tum præſenti, inſeruiſſe carmina ſua tam Latina quam Italica reperimus in iis collectionibus Faventinis, quæ ad manus noſtras devenerunt. Ii ſunt ordine per alphabetum diſpoſiti.

Albergus Alexander.
Azzalii Balthaſſar & Marcus-antonius.
Baldus Cajetanus-antonius.
Battalea Antonius.
Benedetti Johannes-antonius.
Berardus Camillus Balneocaballenſis.
Bianchedi Carolus-antonius.
Biancoli Alexander, Johannes-baptiſta, & Paulus.
Boſius Cæſar-matthæus.
Burghii Nicola & Pompejus.

Calderonius Franciſcus.
Catoli Octavianus Canonicus, & Valerius ſenior ad annum 1690.
Cavina Philippus.
Contolus Franciſcus.
Corellius a ſecretis S. P. Q. Faventini.
Coſta Nicolaus.
Fagnoli Alexander, & Jacobus-antonius.
Galaſſius Octavius.
Gratianus Ignatius-guillielmus.
A Guccius Achilles Canonicus.
Johannardius Johannes.
Laghius Antonius.
Lega Laurentius.
Liveranus Franciſcus-antonius.
Maccabellius Franciſcus Ruſſienſis.
Maradi Cajetanus & Vincentius.
Montanarius Innocentius-franciſcus.
Naldus Cæſar.
Orioli Marcus-antonius & Sebaſtianus.
Paſius Nicolaus.
Paſolini Nicolaus & Petrus.
B Poggii Antonius & Johannes.
Quartolus Andreas, Græce, Latineque doctus.
Ricciardellus Scipio.
Sacchius Jacobus Ruſſienſis.
Savinus Jacobus.
Serrius Franciſcus-maria.
Solainus Johannes-hieronymus.
Sylva Hiacynthus Canonicus.
Tarlatii Carolus-auguſtinus ſenior & junior, Fabius item, Cotiniolenſes.
Taronus Carolus.
C Tavius Johannes-baptiſta.
Tondini Johannes-baptiſta.
Tonius Johannes-baptiſta.
Toſettius Nicolaus.
Zambelli Andreas-maria, & Jacobus-philippus.
Zannonius Andreas.
Zarrabinius Carolus a Cotiniola.
Zucchinii Ludovicus & Petrus-paulus.

Alii ſunt permulti, præter eos, quos etiam ſingillatim una cum eorum operibus in hoc catalogo Scriptorum recenſuimus. Si vero aliD quos ob notitiæ defectum contingat a nobis prætermitti, id ne indiligentiæ vel oſcitantiæ noſtræ imputare velint, ipſos rogamus.

FILOPONI Accademici. *Proſa e Rime in morte del Cavalier Carl' andrea Sinibaldi Cavaliere di S. Giacomo e Patrizio Faentino. In Faenza* 1717. Oratio Italica eſt Caroli Abbatis Severoli.

FILOPONI Accademici. *Iſcrizioni Latine e Rime Italiane ad eterna memoria del feliciſſimo ingreſſo fatto in Faenza, e del riposo* E *ivi preſo dalla S. R. M. di Maria Amalia Walburga Regina delle due Sicilie e di Geruſalemme, unitamente con una diſtinta relazione, che alle ſteſſe ſi è aggiunta, di quanto ivi medeſimo in tal fortunata occaſione è avvenuto. Dedicate all' Eminentiſſimo e reverendiſſimo Signor Cardinale Giulio Alberoni Legato di Romagna ed Eſarcato di Ravenna e Viſitatore Apoſtolico. In Faenza preſſo l' Archi* 1738. *in fol.* Epigrammata ſunt Laurentii Zannoti ſuper Inſcriptiones, Alexandri Doctoris Fagnoli, Philippi Cavinæ, Ignatii-guil-

guillielmi Gratiani, Romualdi Magnani, Ludovici Zucchinii, Marci-antonii Severoli, olim Azzallii, Francifci Serſii, Cajetani Baldi, Floriani-mariæ Amigonii.

FILOPONI Accademici. *Rime in morte del Cardinale Giulio Piazza Veſcovo di Faenza. In Faenza 1726.* Defunctus eſt Cardinalis Piazza die XXVI. aprilis ejuſdem anni.

FILOPONI Accademici. *Rime per l'eſaltazione al Veſcovato della Patria di Monſignor Antonio-maria Cantoni. In Faenza 1743.*

FLAMINIUS Johannes-antonius. Origine eſt Cotiniolenſis ex pervetuſta Zarabbiniorum familia, Foro-cornelii tamen carne genitus, ut ipſe teſtatur in epiſtola ad Cardinalem Antonium Puccium, ſed quem ratione dilectionis & affectus, nec non domicilii, diſputare inter ſe poſſunt, ſuis civibus aſſignando, tam Serravallenſes, in Marchia Tarviſina illuſtres oppidani, non longe a Cenetenſi urbe poſiti, quam Faventini in Æmilia. Quidquid ſit de Serravallenſibus, pro quibus recenter prodiit erudita diſſertatio Cl. V. nobiſque multis nominibus optime affecti & cum honore nominandi, illuſtriſſimi Johannis-auguſtini Gradonici Epiſcopi Cenetenſis & Patritii Veneti, quem, dum hæc ſcribimus, dolemus heu immatura nimis morte ereptum; Faventini profecto tanquam civem ſuum habere gloriantur, tum quia Ludovico Cotiniolenſe patre natum, tum quia ex Venetis locis, in quibus annos pluſquam triginta vixit & docuit, in Æmiliam redux, ſoleret ſe recipere in eorum urbem quolibet æſtivo anni tempore; quam urbem apprime dilexit; in qua, amiſſa Vecturia chariſſima ſibi conjuge, cultui divino per ſacros ordines ſe addixit, inſignemque, Sacerdotio initiatus, Prioratum S. Proſperi, offerente S. R. E. Cardinale Antonio Puccio, obtinuit, cuique etiam epiſtolam de Laudibus Faventiæ inſcriptam obtulit; præter vitas Sanctorum quatuor Faventiæ Protectorum, nimirum S. Sabini Epiſcopi & Martyris, S. Terentii Confeſſoris, S. Æmiliani Epiſcopi, & S. Petri Damiani S. R. E. Cardinalis, quas, ut ſe gratum urbi Faventinæ exhiberet, luculento ſermone conſcripſit. Iis itaque titulis non formidamus Flaminium accenſere literatorum virorum Faventinorum catalogo. Clariſſima hæc Flaminiorum gens, Johannis-antonii, Marci-antonii ejus filii, ceterorumque celeberrimorum ſcriptorum copia & dignitate operum præſtantiſſimorum, defiit in unica, quæ ſupererat, nobili muliere Helena Flaminia, vidua Bellia, Faventiæ commorante, quæ iis diebus ad immortalem vitam tranſiit.

FLORONUS Lucas de Solarolo J. V. D. prope civitatem Faventiæ parœcialis eccleſiæ S. Martini de Formellino, inde SS. Salvatoris Rector, & Academicus Philoponus. „ Tractatus de prohibitione Duelli. Ad Illuſtr. „ & Reverend. D. D. Erminium de Valentibus S. R. E. Cardinalem & Faventinum „ Epiſcopum meritiſſimum. “ Editus fuit Venetiis anno 1610. apud hæredem Hieronymi Scoti in 4.

IDEM. „ Tractatus de Caſibus reſervatis. “ Typis impreſſus fuit itidem Venetiis anno 1622. apud Sanctum & Mathiam Grillos fratres. Floronus XIII. Kal. aprilis ejuſdem anni opus ſuum nuncupavit Julio Monterentio Bononienſi, Faventinæ eccleſiæ Epiſcopo meritiſſimo, occaſione caſuum, quos ſibi reſervaverat Monterentius, in cujus laudes diffluit, eumque aſſerit a Clemente VIII. Conſultorem & Fiſcalem ſupremi Tribunalis S. Inquiſitionis, & Auditorem Cardinalis Camerarii electum, a Paulo autem V. Commiſſarium Cameræ Apoſtolicæ, & Urbis Gubernatorem, inde creatum Epiſcopum Faventinum. Subſequitur nuncupatoriæ epiſtolæ alia Floroni epiſtola Sacerdotibus Comparochis Collegii Conventus Faventini, in qua ſe multa debere in conficiendo hocce opere Bartholomæo Gaſparino Canonico Theologo Cathedralis eccleſiæ, & Jacobo Baſſio Parocho S. Abrahæ fatetur. Accedunt ejuſdem Gaſparini epigramma, laudati Baſſii epiſtola & epigramma, Sebaſtiani Paduani rectoris S. Vitalis, Andreæ Armenini J. V. D., Bernardini Battaliæ Academicorum Philoponorum carmina in laudem Floroni, & ejus operis.

FRANCISCUS de Balneocaballo O. Min. Reponitur in Albo Doctorum Collegii Ferrarienſis a Borſetto T. II. pag. 479.

FRANCISCUS de Cotiniola. Antiquus celebris pictor, qui poſt Rondinelli de Ravenna obitum, primas in eadem civitate obtinuit. Refertur ab eodem Borſetto T. II. pag. 443. citatis Georgio Vaſario in Vitis Pictorum P. III. lib. I. & Orlandio in Abecedario Pictorico.

FRANCISCUS Epiſcopus Faventinus; idem eſt ac Franciſcus Urbinas de Aguzzonibus, de quo diximus ad vocem de Aguzzonibus, Addimus Johannem Caſtellæ & Legionis Regem appellare “ Franciſcum Decretorum doctorem, miſſum ad ſe a Bartholomæo Caſcavelli Archiepiſcopo Barenſi electo anno „ 1378. in Romanum Pontificem, ſub nomine Urbani pp. VI. “ Aſſertur etiam ejuſdem Franciſci Faventini Epiſcopi legatio a Johanne de Turena, Cardinale factionis Clementis VII. Gebennenſis, in epiſtola, quam Turena ſcripſit ad Johannem Armaniaci Comitem, & ad univerſos Chriſti-fideles, quamque ex archivo Caſtri Fuxenſis eduxit, & publicavit Edmundus Martene T. II. coll. 1714. & 1720. Theſauri Novi Anecdotorum.

FRANCISCUS alter Epiſcopus Faventinus Ordinis FF. Servorum B. Mariæ Virginis, & Theologus inſignis. Ab Eugenio pp. IV. creatus patriæ Antiſtes anno 1438. pridie idus decembris. Obiit anno 1454. tumulatuſque eſt in eccleſia ſui Ordinis Faventiæ. Epitaphium, quod Zanonus Zanellius ſuper ſepulcrum ejus incidi fecit, doctrinam ipſius Epiſcopi manifeſtam facit.

„ ORdine Servorum Franciſcus Virginis
„ almæ
„ Doctor, & in ſacro dogmate præ-
„ cipuus
„ Aſſumptus patriæ præſul digniſsimus,
„ illud

„ Ora-

„ Oraclum mortem condidit ante „ ſuam.
„ Qui faſtum fugiens terræ ſua membra dicarat,
„ Sed Zanonus eum condidit hoc „ tumulo.
„ M.cccc.lxv.Ob. in Domino.

FRANCISCUS a Faventia. Bononienſis Provinciæ pius ſacerdos ex O. FF. Cappuccinorum ſequentem edidit ſacram opellam, quæ refertur in Bibliotheca Scriptorum ejuſdem Ordinis, concinnata a fr. Bernardo a Bononia anno 1747. pag. 93. Titulus ipſius eſt.
Modo di apparecchiarſi alla celebrazione della Santa Meſſa, con alcune Meditazioni e rendimenti di grazie; ſtampato in Ravenna in 24. 1622, preſſo l'Impreſſore Camerale.

FRANCISCUS a Faventia Ordinis Minor. Obſervantium. Miſſionarius in Indiarum provinciis, & ſpeciatim in regno Peruano ſcripſit epiſtolas bene multas in Italiam, quæ tractant de converſionibus eorum populorum ad fidem. Has epiſtolas poſtea in Latinum tranſtulit Johannes-antonius Flaminius, & nuncupatas voluit ſuo Mœcenati Antonio Puccio, atque lucem aſpexerunt in urbe Bononienſi appoſito titulo: „ De quibuſdam „ memorabilibus novi orbis ad Cardinalem „ Antonium Puccium. “ Defunctus eſt in pace pius frater Franciſcus deſinente Seculo quintodecimo. Videatur Magnanus T. II. pag. 174. SS. & BB. Faventin.

FRANCISCUS de Funiano Bononienſis provinciæ, ex primis patribus O. FF. Cappuccinorum, „ Verus Iſraelita, ait Boverius, „ in quo non eſt inventus dolus, quippe qui „ toto vitæ ſuæ tempore integerrimæ conſcientiæ candorem, mentiſque & corporis „ puritatem ſervavit. Sacris in literis, Philoſophicis quoque & Theologicis grande „ nomen habuit, & celeberrimus omnium „ ſui temporis Concionator eſt æſtimatus; „ præſertim Conciones Quadrageſimales habuit Bononiæ in æde S. Petronii. Meritis „ clarus obivit Faventiæ anno 1579. Multa „ fuerunt ab eo ſcripta ad Conciones pertinentia. Volumen unicum Concionum & „ Sermonum de Virtutibus & Vitiis ms. „ ſervatur in Ariminenſi Bibliotheca. Lunarium ſpirituale ex diverſis ſyderibus cœleſtis patriæ contextum; eſt opus conſtruens „ materiam Concionum, quod extat ſcriptum „ manu in Bibliotheca Bononienſe. Ejus „ præclara ceteraque geſta deſcribit Boverius „ in Annalibus Cappuccinorum T. I. parag. „ 6. “ Hæc vero nos delibavimus ex Bibl. Fr. Bernardi a Bononia pag. 94.

FRIDERICUS (*de*) Manfredis, Epiſcopus Faventinus. Vide *Manfredus Fridericus.*

FUSCUS Hieronymus. Cooptatus in familiam Servorum B. Mariæ floruit circa annum 1533. qui fuit ejus emortualis. De eo multa Magnanus T. I. SS. & BB. Fav. pag. 283., ubi refert, Hieronymum poſt lauream magiſtralem brevi tempore didiciſſe linguas Latinam, Hebraicam, Græcam, Gallicam, Hiſpanicam, Luſitanam & Germanicam, & in iis omnibus linguis egregie conciones ad populos habuiſſe, quandoquidem totam fere Europam peragravit, concionando in provinciis, per quas tranſibat, & inſuper ſacra Palæſtinæ loca perluſtravit. Reverſus in Italiam, ſollicitante Cardinale Bernardino Sanctacrucio Ordinis Servorum Protectore, adhæſit aliquanto tempore Conciliabulo Piſano indicto adverſus Julium II. Romanum Pontificem, & cum eodem Cardinale profectus eſt Mediolanum, ad quam urbem ſe receperant ceteri Cardinales ſchiſmatici. Verum agnoſcens poſt breve tempus Hieronymus errorem ſuum, & deteſtatus, rediit ad obedientiam eccleſiæ & ſui legitimi paſtoris. Inde zelo animarum magis inflammatus, quo etiam lapſum ſuum emendaret, in Aſiam, Africam, Indiaſque Orientales & Occidentales permeavit, fidemque Chriſti diſſeminavit, donec laboribus, itineribus & pœnitentiis attritus, reverſus in patriam, & fundatis prius duobus cœnobiis ſui Ordinis, pie ſancteque obiit. Præter Magnanum, de Fuſco egerunt Gianius, Bonfrizerius, Pocciantius & Tonduccius.

FUSCUS Nicolaus, teſte Flaminio in ſæpius citata epiſtola, „ Collectorium medicaminum ad morbos præcipuos ſcripſit; “ unde magnam ſibi laudem comparavit.

FUSCUS Sigiſmundus. Ab eodem recenſetur inter egregios pictores ſuæ patriæ; neque enim inter ultimas Faventiæ laudes ſtatuendum ducit Flaminius, quod eximios in ea liberali arte viros tulerit. Memorat etiam Bernardinum Fuſcum, humili quidem loco natum, ſed ingenio ac virtute cum ſummis viris comparandum, quem ſubjungit, Faventiæ principatum obtinuiſſe; verum quo tempore, quave ratione Bernardinus patriæ principatum acquiſierit, expiſcari nequimus ex veteribus Faventiæ monumentis. Ex Fuſcorum gente viros aliquos Canonicatum in eccleſia majori obtinuiſſe, & præſertim ad annum 1328. novimus ex archivo Capitulari ejus eccleſiæ.

G

GABELLOTTUS Vincentius-maria, Arcadico nomine Odalmus Apeſantius; Enuntiatur a Creſcimbenio inter primos Paſtores Coloniæ Lamoniæ. Ipſius habentur aliquot Italica epigrammata in collectionibus, quæ ejus tempore prodierunt.

GABRIEL Balneocaballenſis. Laudatur tanquam „ Philoſophus, ſcientiiſque ornatus, „ quas Piſis acquiſivit, “ a Petro Ricordato monacho Caſinenſe in Hiſtoria Monaſtica, quam anno 1575. in lucem protulit, ſub die quarta pag. 467.

GABRIEL a Mutiliana O. FF. Cappuccinorum, ex Provincia Bononiæ, cujus fuit Annaliſta & Provincialis. *Narrazione ſincera e generale di tutta la Serafica Religione Cappuccina. In Venezia preſſo Niccolò Pezzana in 8. 1756.* Eſt tanquam Prodromus Legendarii vulgaris & Menologii Latini FF. Cappuccinorum, ſanctitate vitæ & doctrina illuſtrium.

IDEM. *Riapellazione degli Scrittori della Minoritica Regolar oſſervanza. In Bologna* 1761. in 8.

IDEM. *Vita del B. Bernardo da Corlione Laico Profeſſo Cappuccino Siciliano. In Roma* 1768. in 4. *Dedicata da Girolamo-maria de Caltaniſſeta a S. E. D. Giovanni Fogliani.*

GALAMINIUS Auguſtinus. „ A Fugnano vel Funiano Prædicatorum familiam, cui nomen dedit, cujusque Generalis Magiſter præfuit, eminentia doctrinæ, ſanctimoniæ & dignitatis illuſtravit. A Paulo V. inter Presbyteros Cardinales cooptatus eſt anno 1611. Epiſcopatus Recinetenſem & Auximanum rexit, demum ab humanis digre diens VI. ſeptembris anni 1639. Romanam eccleſiam virtutum ſuarum lumine & præſidio privavit.“ Ita Georgius-vivianus Marchesius in Monum. Vir. ILL. pag. 53. ex Ciacconij T. IV. col. 428. Fuſius Jacobus Eccardius T. II. Script. O. Prædic. pag. 354. ad annum 1608. qui Briſichellenſem patria facit, natumque anno 1552. virumque aſſerit fuiſſe ſupra omnem laudem, ſeu doctrina & pietas, ſeu diſciplinæ regularis ſtudium ſpectetur. „ Adoleſcens, ſubdit, inſtitutum Prædicatorum amplexus, per omnes Ordinis gradus ad ſupremum aſcendit. Cum enim Inquiſitoris munere variis in locis, Brixiæ, Placentiæ, Januæ, Mediolani egregie perfunctus eſſet, a Clemente VIII. Commiſſarius generalis primum in Urbe, tum ſacri Palatii Magiſter adlectus eſt, demum toti Ordini præfectus in Capitulo generali Romæ anno 1608. Alterum deinde Pariſiis habuit anno 1611. quod ex Patrum doctiſſimorum concurſu fuit celebratiſſimum. Dum in ea urbe ſtaret adhuc auguſto menſe, de ſua ad purpuram promotione XVII. ejus menſis a Paulo V. facta nuncium accepit, & pileolum inaugurationis inſigne, unaque Breve ſummi Pontificis, quo, & ſi Cardinalis, regimen nihilominus Ordinis exercere jubebatur, ad ſucceſſoris electionem. Hinc recta via feſtine Romam profectus eſt, quo ubi pervenit, titulo S. Mariæ de Aracœli condecoratus, Lauretanus ſeu Recanatenſis electus eſt Epiſcopus, deinde ad Auximenſem translatus, quam utramque eccleſiam viciſſim ſic ſedule adminiſtravit, ut e diœceſis ſuæ limitibus nunquam exierit, niſi ut SS. PP. Gregorii XV. & Urbani VIII. electioni Romæ adeſſet, prima illa ſede a pluribus etiam dignus habitus. Obiit fere nonagenarius Auximi anno 1639. VI. ſeptembris. Faventini Conventus alumnum aſſerit Rovetta, Oldoinus vero Conventus Meldulenſis B. Mariæ de Oliva; quod ultimum magis placet Eccardio, ſi verum eſt, quod idem addit, Galaminium huic Conventui de Oliva pro miſſa quotidiana perpetua decem loca montium teſtamento legaſſe. Quædam ab eo edita Rovetta recenſet:

„ Acta ſynodalia.“

„ Inſtitutiones pro clero Auximenſi.“

„ Epiſtolæ, ſeu encyclicæ, quas Magiſter Ordinis ſcripſit, quarum collectio Romæ habetur.“

Teſtamento del Cardinale di Araceli; quod prodiit Romæ in folio anno 1639. extatque in Bibliotheca Barberina; ex Eccardio loco citato.

GALEATIUS Manfredus. Vide *Manfredus Galeatius*.

GALEOTUS Manfredus. Vide *Manfredus Galeotus*.

GAMMARUS Petrus-andreas; Patria e Catali Bononienſi, Vicarius in ſpiritualibus & temporalibus Julii Cardinalis Medicei, Archiepiſcopi Florentini, inde Clementis VII., creatus ab eodem, eo temporis ſummo Pontifice, Epiſcopus Faventinus, poſt obitum Iacobi Paſii itidem Faventini Epiſcopi, fato functus eſt, antequam ad eccleſiam ſibi concreditam perveniret anno 1528. Scripſit Gammarus: „ de Beneficiorum permutatione, de officio & auctoritate Legati a Latere; de veritate & excellentia legalis ſcientiæ, quæ omnia extant in tractatibus juris Venetiis collectis.“ Vide Poſſevinum Appar. Sacr. T. II. pag. 33. & Fabritium T. III. Bibl. Lat. Med. & Inf. Ætatis pag. 16.

GANDULFUS Johannes-evangeliſta. Annumeratur a Flaminio inter JC. Faventinos.

GARZONIUS Bartholomæus Balneocaballenſis, frater Thomæ, de quo mox dicimus, Canonicus Lateranenſis & Abbas S. Ubaldi de Eugubio, vivebat anno 1591. Publicæ luci donavit quoddam opus fratris ſui, qui ei titulum fecerat. *Il Palagio de Stupori*; quodque notis Bartholomæus illuſtravit, ſuperaddita Thomæ vita, Venetiis editum apud Ambroſium & Bartholomæum Dei anno 1613. Ipſum inter ſcriptores Balneocaballenſes refert Johannes-dominicus Coleti pag. 81. Epitaphium quoque poſuit in eccleſia S. Franciſci in patria Thomæ fratri ſuo.

GARZONIUS Thomas, olim Octavianus, de Balneocaballo; Ortus anno 1549. nomen dedit Congregationi Canonicorum Lateranenſium anno 1566. Vir magnæ eruditionis, linguarumque peritiſſimus evaſit. Multa edidit ex recenſione Berſetti T. II. pag. 363. citantis Poſſevino App. Sac. Tomo II. & Libanorio P. III. fol. 239. videlicet: *Le Vite delle Donne illuſtri della Sagra Scrittura. La Traduzione dei quatro Noviſſimi di Dioniſio Carthuſiano. La reviſione delle Opere di Ugo di S. Vittore. Un diſcorſo dell' Uomo eſtatico. Trattati Accademici. Il Teatro de Cervelli; L'Oſpitale de Pazzi; La Sinagoga degl' Ignoranti; La Piazza univerſale; Il Serraglio dei Stupori del mondo.* De libro, cui titulus: *La Piazza univerſale*, Antonius Teſſierius in Catalogo Auctorum Tom. I. pag. 305. ad vocem: *Thomas Garzonius e Balneocaballo* ait: „ Platea univerſalis recuſa fuit Venetiis anno 1589. in 4. apud Johannem baptiſtam Somaſchum. Eam Latine reddidit, Emporiumque univerſale appellavit Nicolaus Bellus. Francofurti 1614. in 4. Vita & Opera Hugonis a S. Victore cum adnotationibus ſcholiis & poſtillis per Thomam Garzonium; Venetiis 1588. in 4.“ Poſſevinus pag. 206. judicium fert de Garzonio ejuſque operibus: „ Thomas Garzonius, inquit, vir in Divinis humaniſque ſcripturis

„ ver-

„ verſatus plura ſcripſit, ſed quæ legi poſſunt, „ hæc ſunt: Vitæ illuſtrium mulierum utriuſque Teſtamenti. Cœnaculum deſiderabile „ ſuper Canticum Canticorum. Platea vero „ univerſalis, Italice conſcripta, inquinata „ eſt, ut in Bibliotheca noſtra Selecta Romanæ editionis oſtendimus; varia enim inſperſit, neque a legitimis hiſtoricis, neque „ pietatem, ſed obſcænitatem ſapientia; quamobrem omnino eſſet expurganda. Mitto „ reliquos hujuſmodi libros illius Italicos. „ Vivebat anno 1588. “

Ceterum Thomæ Garzonii ejuſque operum ſequentes editiones vidimus & luſtravimus, quas proferimus.

La Piazza univerſale di tutte le Profeſſioni del mondo, dedicata ad Alfonſo II. duca di Ferrara. In Venezia 1587. 1589. *In Seravalle di Venezia. Negli anni* 1605. 1638. 1651.

L'Oſpitale de Pazzi con tre capitoli in fine ſopra la Pazzia. In Venezia 1589. 1601. *in* 4. *In Vicenza* 1603.

La Sinagoga degli Ignoranti. In Venezia 1589. 1605.

Stupori del Mondo, dedicati ad Alfonſo Erera Veſcovo di Ariano 1613.

Le Vite delle Donne illuſtri della Scrittura Sagra, con l'aggiunta delle vite delle Donne oſcure e laide dell' uno e dell' altro Teſtamento, e in fine un diſcorſo ſopra la Nobiltà delle Donne. In Venezia 1581. *preſſo Giamdomenico Imberti in* 4. *&* 1588. *dedicato alla sereniſſima Signora Ducheſſa Madama Margherita Eſtenſe Gonzaga, moglie di Alfonſo duca, con lettera da Trevigi* 1586.

Il Teatro de varj cervelli mondani. Dedicato a Vincenzo Garzoni, aggiuntovi il cervello dell' Autore. In Ferrara 1586. *in* 8. *In Venezia* 1588. 1591.

I due Garzoni, cioè l'Uomo Aſtratto.

Cornucopia conſolatorio diſcorſo nuovo.

La Traduzione de Noviſſimi di Dioniſio Cartuſiano; traduzione del giudizio particolare delle Anime, e del modo di ajutare gli agonizanti. In Venezia 1589. *in* 8. Aliam verſionem hujus poſtremi dialogi vidimus anteriorem, editam nimirum Venetiis apud Franciſcum Ziletti M.D.LXXXIII. cum ſequenti titulo: *Colloquio o vero dialogo del Giudizio particolare dell' anime dopo la morte, di Dionigio Cartuſiano, il quale ſiegue doppoi quattro avvenimenti dell'Uomo, del medeſimo Dionigio, tradotto dal reverendo D. Tommaſo Garzoni &c.* Poſt dialogum vero: *Aggiunta di Letanie, d' Orazioni e di raccomandazioni, con le quali i Cartuſiani ſono ſoliti di ajutare i ſuoi morienti, premeſſi i ſette Salmi penitenziali, e certi eſercizj, Meſſe & orazioni pie, con le quali ſi poſſono ajutare le anime commodamente dopo la morte.* „ Hugonis a S. Victore opera cum poſtillis, „ adnotationibus & ſcholiis Thomæ Garzonii. “ Venetiis prodiere anno 1588. in folio.

Obiit Thomas in patria Balneocaballi die VII. junii anni 1589. quadrageſimo ſuæ ætatis. Oravit in ejus funere frater Franciſcus a Tuſſiniano ex Minor. Convent. Præterea de Garzonio mentionem faciunt Celſus Roſinus in Lyceo Lateranenſi T. II. pag. 320. Ghilinus in Theatro Lib. I. pag. 216. Libanorius P. III. pag. 239. *nella ſua Ferrara d' oro*, Creſcimbenius T. V. pag. 70. Cum laude pariter Philippus Labbæus, & noviſſime Johannes-dominicus Coleti in Catalogo Scriptorum Balneocaballi pag. 81. qui etiam epitaphium producit ipſi erectum in eccleſia S. Franciſci ejuſdem loci. Specimen carminum Garzonii legitur pag. 173. *Delle Rime ſcielte de Poeti Ferrareſi.*

GASPARETTUS Joſeph Faventinus. Ad annum 1674. affertur a Borſetto T. II. pag. 485. Gymnaſii Ferrarienſis inter Laureatos S. Theologiæ.

GASPARINUS Bartholomæus Clericus Bononienſis; ſed ex rectore eccleſiæ S. Vitalis, cathedralis eccleſiæ Faventinæ Canonicus Theologus & Academicus Philoponus. „ De legitimo & naturali rerum venalium pretio, præſertim circa frumenta, de annona, „ de Clericorum immunitate, de gabella ſuper pane, de extractione & emptione frumentorum & bladorum mercimonii cauſa, Tractatus in utroque foro neceſſarius. „ Forolivii 1634. apud Cimatios ſub ſigno „ Liviæ in 4. “ Erat Gaſparinus unus ex Examinatoribus Synodalibus pro Capitulo Canonicorum anno 1629. tempore Synodi ejus anni ſub Cennino Cardinale Epiſcopo Faventino celebratæ. Habetur etiam ejuſdem Gaſparini epigramma Latinum in laudem tractatus Lucæ Floroni de Caſibus reſervatis, quod legitur in eodem opere; aliaque duo in librum ejuſdem de Prohibitione Duelli.

GERARDUS Epiſcopus Faventinus. Floruit circa annum 954. quo interfuit Concilio Provinciali Petri Archiepiſcopi Ravennatis. Confirmavit decreta Pauli Epiſcopi prædeceſſoris ſui proprio edicto, & compoſitione chartulæ ſuæ pro triginta Canonicis eccleſiæ Faventinæ. Memorat Gerardi edictum Ethicus ejus ſucceſſor in Epiſcopatu poſt centum fere annos, anno ſcilicet 1045. apud Tonduccium pag. 154.

GHIBULUS Franciſcus Faventinus O. Servorum B. Mariæ. Recenſetur inter S. Theologiæ candidatos Laureatos a Borſetto ad annum 1585. pag. 481. Tom. II.

GIANGRANDIUS Johannes-georgius. Civis origine Faventinus, licet Parmæ natus, docuit Philoſophiam in collegio Philoſophorum Seminarii Faventini, ſed præſertim fuit diligentiſſimus moderator conſcientiæ alumnorum ejuſdem Seminarii: Aſſervantur in Bibliotheca dicti loci epiſtolæ complures, quas conſcripſit, & ex quidem refertæ chriſtianis & optimis ſenſibus altiſſimæ perfectionis, cui pro ſe & pro aliis ſedulo vacabat. Obiit piiſſime anno 1741. die decima decembris Faventiæ, in qua urbe unum & quadraginta annos moratus eſt, magna ſemper cum exemplaritate, zelo & fructu animarum. Ipſius vitam fuſe concinnavit Romualdus Magnanus, & inſeruit T. II. SS. & BB. diœceſis Faventinæ pag. 193.

GIOVANNI Batiſta (S.) *Nel celebrarſi la Naſcita del medeſimo dai Confratelli della Compagnia di eſſo Santo in Faenza l' anno* 1704.

1704. *Tributi Paſtorali dedicati al reverendiſſimo Padre D. Roberto Doſſi Abbate generale dell'Ordine Camaldoleſe. In Forlì.* Sunt binæ Eclogæ Italicæ.

GORIUS Aloyſius Balneocaballenſis, Abbas generalis Camaldulenſium monachorum: „ Itinerarium, Acta & Decreta, dum ſuprema Generalatus dignitate fungeretur, a „ Jacobo Torricellio Faventino, monacho itidem Camaldulenſe & Cancellario ſuo deſcripta. “ Extant in Codice 744. in 4. Bibliothecæ noſtræ MSS. S. Michaelis de Muriano. Obiit Aloyſius anno 1620. vix electus ſecunda vice ad ſupremam Ordinis præfecturam. Parentavit ei ſupradictus Torricellius; vitam vero conſcripſit alter monachus Camaldulenſis & Faventinus Donatus Milcettius.

GORUS Franciſcus Caballenſis Canonicus Regularis O. S. Auguſtini. Ex monaſterio S. Johannis in Viridario Patavii anno 1543. epiſtolam dedit doctiſſimo venerabilique viro D. Raphaeli Venoſto Novocomenſi Canonico Regulari ejuſdem Ordinis in laudem tractatuum, quos hic conſcripſit contra hæreſes fratris Bernardini Ochini Senenſis de Juſtificatione, Confeſſione & Satisfactione, & contra blaſphemias Lutheranorum, quoſque edidit Venetiis eodem anno 1543. per Venturinum Ruffinellum.

GRANDIGRANDUS Canonicus & Magiſter eccleſiæ Faventinæ ad annum 1270., anno vero ſequenti appellatur Gindigardus, quem eumdem putamus vocatum Sinigardum, & laudatum a Sartio in ſuo Opere de Claris Profeſſoribus Studii Bononienſis. Grandigrandus memoratur in tabulario Capitular. Canonicorum Faventiæ. Vide *Sinigardus*.

GRASSIS (*de*) Hannibal Bononienſis familia, ſed ad ſedem Faventinam evectus ab anno 1575. ad 1585. quo nepoti Johanni-antonio eam eccleſiam reſignavit. Edidit egregium opus: „ De juriſdictione univerſali „ Romani pontificis in temporalibus; “ quod Sixto pp. V. dicatum voluit. Extat ipſum opus in Bibliotheca Vaticana ſub num. 5481. referente Montfauconio Bibl. Bibl. Tom. I. pag. 120. verum editum fuit T. IV. pag. 21. Biblioth. Max. Pontif. Johannis-thomæ de Roccaberti.

GRASSIS (*de*) Johannes antonius. Reſignante, ut mox diximus, patruo Hannibale, eccleſiam Faventinam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1585. Tempore ſui regiminis plures diœceſanas ſynodos celebravit, ad utilitatem Clericorum & animarum ſui Epiſcopatus, ut refert Ughellius T. II. in Epiſcopis Faventinis. Deceſſit benemeritus de ſua eccleſia anno 1602. die xxx. julii.

GRATIANUS Bartholomæus. Gratianorum familiæ illuſtris Cotiniolæ & Balneocaballi plures præſtantes viros heic loci referimus. Bartholomæus fuit celebris pictor ſuæ ætatis, quem commemorat Coletus pag. 13. ſuarum notitiarum Balneocaballenſium.

GRATIANUS Ignatius-Guillielmus Canonicus Tiberiacenſis, quo altero Tiberiaci nomine appellatur Balneocaballum. Scripſit carmina Latina & Italica, quæ Thomæ-felicis Gratiani fratris, æque Canonici, ſtudio & cura in unum collecta, cum Ignatii vita, prodiere Faventiæ ex typographio Archiano anno 1770. dicata Vitali de Bobus meritiſſimo viventi Epiſcopo Faventino, ſtimulos addente etiam Pompejo de Comitibus Burghiis Patritio Faventino. Deceſſit Ignatius anno 1756. ætatis ſuæ 54. quinto idus julii. Meditabatur quoque patriam Tiberiacenſem hiſtoriam, quam perficere ob adverſam valetudinem nequivit. Præterea de Arte Rhetorica libros ſex elucubravit; tractatus pariter Theologicos de Conſcientia, de Matrimonio, & de Cenſuris; Orationes Latinas & Italicas; Schediaſmata in utraque lingua; Vitas demum aliquot illuſtrium virorum Tiberiacenſium; Epiſtolas Latinas; & Deciſiones caſuum conſcientiæ, quæ opera ſervabantur mſs. apud ſupradictum fratrem ſuum Thomam. In Memoriis Philergitarum Forolivii pag. 315. mentio fit cum laude Ignatii Gratiani; Coletus præterea in Catalogo Scriptorum epitaphium ipſius in medium profert.

GRATIANUS Joſeph, frater Ignatii, „ Provinciæ Bononienſis O. FF. Cappuccinorum Guardianus, ſeu Cuſtos, quem vocant, & Concionator impiger & induſtrius, obiit Comacli anno 1742. “ Ita Bernardus a Bononia in ſua Cappuccinorum Bibliotheca; ſed juxta Coletum pag. 83. Catalogi Balneocaballenſium ſcriptorum, ad Deum tranſiit anno 1741. quinquageſimoquinto ætatis ſuæ anno, & trigeſimo nono religioſi inſtituti, die xxix. decembris, in conventu S. Jacobi, quod eſt Balneocaballi in patria ſua. Edidit: *Orazione miſtica panegirica in onore di S. Carlo detta in Modena l'anno 1725. In Modena in 4. 1726.*

Vita della ſerva di Dio ſuor Lugrezia Michelini terziaria Carmelitana, dedicata alla Principeſſa Benedetta di Eſte. In Modena 1726. per Bartolameo Soliani in 4.

GRATIANUS Raynaldus a Cotiniola, unus ex majoribus Ignatii & Joſeph. „ Divinam ſcientiam ingenti auditorum plauſu „ expoſuit, Theologorum ſuæ tempeſtatis „ princeps. Ordinem univerſum Minorum „ Conventualium rexit, Julii II. legationem „ inter Hiſpanos geſſit; Raguſinam eccleſiam Antiſtes gubernavit; tandem diem „ obiit ſupremum anno 1529. “ Hæc brevi calamo Marcheſius in Monum. pag. 62. Wadingus vero in Annalibus T. XV. pag. 312. ad annum 1506. „ Raynaldus Gratianus a „ Cotiniola literas Pariſiis didicit, Bononiæ „ & Venetiis docuit, ea ſui nominis fama, „ ut Julius II., dum Protectoris munere „ fungeretur, in pretio habuerit, & poſt „ adeptum Pontificatum Legatum in Hiſpaniam miſerit. Aſſumptus eſt ad Generalatum anno 1506. & poſt quadriennium „ ab eo remotus ob varias opiniones, creatus fuit Archiepiſcopus Raguſinus, & datus ſuffraganeus Achilli de Graſsis Cardinali & Epiſcopo Bononienſi. “

GRATIANUS Thomas Alumnus Conventus Balneocaballenſis ex O. FF. Min. Convent. artis Muſicæ peritiſſimus, uti ejus opera

ra typis evulgata declarant, floruit medietate ſeculi elapſi. Ex Wadingo T. IV. pag. 385. ad annum 1233. ubi occaſione fundationis ejus Conventus, recenſet illuſtres viros, qui ex eo per ſequuta tempora prodierunt, & patriæ ſuæ ac ipſi cœnobio ornamentum addiderunt. Cœnobium autem iſtud fundatum aſſerit eodem anno 1273. per Bulgarellum de Bulgarellis & Donum de Penna, conſecrata eccleſia a Jacobo Faventino Epiſcopo, in quam per Baptiſtam Zanum Bagnacaballenſem fratrem illata fuit imago B. Virginis, Hieroſolymis abducta.

GREGORIUS frater ex O. Prædicatorum Conventus S. Andreæ de Faventia. In hac urbe natus, creatus fuit Epiſcopus Fanenſis Seculo XIII. Magnus Philoſophus & Theologus evaſit, appellatus, dum viveret, *Arca ſcientiarum*; Concilio Lugdunenſi primo interfuit. Adhibitus quoque fuit tanquam teſtis oculatus in proceſſu pro referendo in Sanctorum canonem B. Dominico. Magnanus T. I. pag. 90. laudat S. Antoninum, Andream Rovettam, Fontanam, Johannem-michaelem Cavallerium alioſque, qui de Gregorio honorifice loquuti fuere. Addit Jo: albertus Fabritius in Bibl. Lat. Med. & Inf. Ætatis, ipſum ſcripſiſſe varia opuſcula, & grande volumen adverſus ſui temporis hæreſes. Jacobus Quetif non recte Florentinum pro Faventino facit.

GUANZELLIS (*de*) frater Johannes-maria, „ ſive Johannes, Braſichellenſis dictus a patria Briſichella, oppido Faventinæ diœceſis, provinciæ utriuſque Lombardiæ alumnus, vir magnarum partium, primi nominis Theologus, orator ſacer Romæ habitus facundiſsimus, canonum adhæc peritus in primis, & in conſiliis acer, eaque ratione Johanni-petro Cardinali Aldobrandino Clementis VIII. nepoti cariſſimus, atque in expeditione Ferrarienſi ſocius, ab eodem ſummo Pontifice ſacri Palatii Apoſtolici Magiſter eſt adlectus, conſtitutus anno M. D. XCVIII. quod munus ad annum M. DC. VII. egregie & ſedulo implevit; tum vero ad Polymnianenſem in Apulia ſedem a Paulo V. evectus XXV. junii M. DCVII. eccleſiam hanc duodecim circiter annis pie prudenterque adminiſtravit, ad annum ſcilicet M. DC. XIX. quo diem obiit ſuum, ſepultus in ſua Cathedrali ſub tumulo, quem ſibi ſuiſque ſucceſſoribus vivens paraverat, adjecto epitaphio, quod ſic refertur ab Ughellio T. VII. col. 1028. Italiæ Sacræ. *D. O. M. Frater Joannes-maria Briſighellenſis ex Ordine Prædicatorum miſerrimus peccator ſibi & ſucceſſoribus vivens poſuit anno M. DC. XII. ac nativitatis ſuæ LV. conquiſitis etiam quorumdam prædeceſſorum ſuorum oſſibus, non minus religioſe quam honorifice collocari præcepit. Obiit anno Domini* M. DC. XIX. “

„ Ejus cum laude meminere noſtri, Vincentius Baronius Apologiæ lib. II. ſect. 1. §. ultimo, & Johannes Caſalas Candoris lilii pagg. 220. & 314. Rovetta ad annum 1612. Hæc ab eo prodierunt: Indicis Librorum expurgandorum in ſtudioſorum gratiam confecti Tomus primus, in quo quinquaginta auctorum libri præ ceteris deſiderati emendantur, in unum corpus redactus, & publicæ commoditati editus Romæ typis Cameræ Apoſtolicæ 1607. in 8. paginarum 742. Item Bergomi 1608. in 8. Extat in pluribus Bibliothecis. “

„ Synodus Diœceſana Polymnianenſis. Excuſa fuere ejus acta Barii. “

Hoc elogio Johannem-mariam de Guanzellis Briſichellenſem ad annum 1619. ornat Eccardius Tom. II. pag. 313.

Etiam Cavina pag. 31. ipſum memorat inter celebres confratres Conventus S. Andreæ de Faventia.

GUARINI Dominicus de Balneocaballo, Univerſitatis Scholarium Legiſtarum Rector anno 1486. apud Borſettum T. II. pag. 86. ex Rotulo in Memoriali ejuſdem anni.

GUIDO Magiſter & Canonicus Faventinus ad annum 1174. nominatur in tabulario Capitulari Canonicorum Faventinorum. Ii viri, quibus adjiciebatur honorificus & non vulgaris Magiſtri titulus, pollebant in jure civili vel canonico, vel in aliis facultatibus.

GUIDUCCIUS Aloyſius. Celeber cauſarum patronus in alma Urbe vivens, Græce Latineque doctus, patriæ ſuæ Faventiæ, nomine proprio, ſuorumque alumnorum, quos egregie inſtituit, ornamentum haud modicum affert. Carmina Italica habet in ea collectione, quæ anno 1749. prodiit Ferrariæ, in laudem Nicolai Oddii Vicelegati Ferrarienſis, dicata ejus patruo Jacobo Oddio S. R. E. Cardinali Æmiliæ Legato a Dominico-maria Savernio Ravennate.

GUILELMUS de Cunio. Juris civilis conſultus, Bartholo plus ſimplici vice laudatus, docuit Aureliani in Gallia circa annum 1310. ac deinceps, ſcripſitque in Digeſtum vetus, hoc eſt in libros priores Digeſtorum uſque ad titulum III. libri XXIV. nec non in Codicem Juſtinianeum. Johannes-albertus Fabritius Tomo III. Bibl. Lat. Med. & Inf. Ætat. pag. 145. citans Trithemium, Marcum Mantuam, nec non Guidum Pancirolum lib. II. de Interp. Juris cap. 60., qui poſtremus de Muneribus etiam & de Securitatibus libellos compoſuiſſe teſtatur. Male a quibuſdam pro de Cunio, de Cumo dicitur Guilelmus. Cunium autem eſt oppidum Flaminiæ prope Solarolum in diœceſi Faventina, celebre ob veteres Comites, Cunii & Donigalliæ Dominos, qui poſt plura prælia a Faventinis victi fuere, everſo etiam eorum caſtro. Vide Toloſani Chronicon.

GUIZZARDIUS Johannes-maria de Balneocaballo. Initio XVII. ſeculi nomen & famam obtinuit, & multa Italico cecinit carmine. Verſus ejus locum habent inter ſelectiora carmina Poetarum Ferrarienſium veterum & recentiorum foliis 230. & 380. De eo Creſcimbenius T. II. pag. 363. & T. V. pag. 105. Vulgaris Poeſis, ubi recenſet duas ipſius fabulas, quarum prima: *Il ſogno, favola boſchereccia dedicata al Cardinale Cintio Aldobrandino. In Ferrara per Vittorio Baldini* 1601. *in* 12. Altera: *La Paſtorella regia. In Ferrara per lo ſteſſo* 1602.

in

in 8. Addit Coletus pag. 84. *Rime nel Gareggiamento poetico nelle nozze di M. antonio Colonna , e Orſina Peretti . In Roma* 1589. *in* 4. Præterea*: Sonetti* XVI. *nella raccolta* : il Tempio . *In Bologna* 1600. *Sonetti* L. *e Madrigali* XXV. *e una Corona . In Ferrara* 1598. Conſule Juſti Fontaninii librum *della Eloquenza Italiana* pagg. 465. & 466. Magnam ſibi æſtimationem Guizzardius comparavit occaſione multorum itinerum, quæ ſuſcepit , quibus aditum ſibi fecit ad illuſtre reddendum nomen ſuum, & ad claros viros agnoſcendos, apud quos divertit.

H

HERCULANIUS Andreas , Bartholomæus & Nicolaus . Vide *Erculanius* .

HERMINIUS (*de*) Valentibus Cardinalis & Epiſcopus Faventinus. Vide *de Valentibus*.

HIERONYMUS Briſichellenſis . Vide *Alberici Hieronymus* .

HIERONYMUS a Faventia. Vide *Armellini Hieronymus* .

HIERONYMUS a Faventia O. PP. Servorum . Eſſertur a Gianio T. I. pag. 572. Annalium , fuiſſe egregium Verbi Dei præconem, & floruiſſe circa annum 1482.

HIPPOLYTUS de Faventia . Inter Laureatos in Sacra Theologia recenſetur a Borſetto ad annum 1648. T. II. pag. 481.

HUGO Epiſcopus Faventinus ab anno 1073. ad 1084. Ex tabulario Archiepiſcopali Ravennæ.

HUGOLINUS Epiſcopus Faventinus . Aſſumptus ex Ordine fratrum Minorum anno 1311. Synodum diœceſanam celebravit anno 1321. in qua plures Conſtitutiones edidit , inter quas „ de Celebratione feſtivitatum Sanctorum Patronorum urbium ſuffraganearum „ Archiepiſcopatus Ravennatis , & de obſervatione feſti diei SS. Terentii Confeſſoris, „ & Emiliani Epiſcopi , protectorum urbis „ Faventiæ. “ Primas quoque Conſtitutiones dedit pro inſigni Collegio Parochorum civitatis. Statuitur ejus obitus ad annum 1337. ante quem ex tabulario Archiepiſcopatus Ravennatis Capſula II. num. 3297. aliam Synodum habuit, anno nimirum 1335.

HUGOLINUS Azonis de Ubaldinis Senii vir primarius inter Faventinos . Hic ad fugiendos tumultus militares , & ſeditiones civiles, quibus Faventia jactabatur ſeculo XIII. in Thuſciam ſe receperat , ubi literis , & Poeſi vacans, dies ſuos tranſegit, quos clauſit anno 1293. De Hugolino Azonis mentionem facit Danthes in Cantu XIV. Purgatorii his verbis:

„ Non ti maravigliar , ch' io panga ,
„ Toſcho
„ Quando rimembre con Guido da Prata
„ Ugolin d' Azo, che vivette voſco.

Teſte Johanne-baptiſta Ubaldinio in hiſtoria hujus familiæ, Etruſca carmina reliquit Hugolinus , quorum unum ex eodem profert Tonduccius pag. 336. quod incipit:

„ Paſſando con penſier per un boſchet-
„ to &c.

Diſtinguendus Hugolinus Azonis Poeta ab alio Hugolino de Azone , qui ocyus ad annum 1183. interfuit cum Bernardo Judice pro civitate Faventiæ in urbe Conſtantiæ congreſſui pacis factæ cum civitatibus Italicis a Friderico OEnobarbo I. Imperatore.

HUMILITAS S. Faventiæ nata. Hanc ex Negulantia familia illuſtri hujus urbis Magnanus, ex æque illuſtri Ubaldina gente Patinus faciunt . Nupta olim Ugolotto , dicto etiam Ludovico Caccianimico, communi conſenſu una cum viro ſoluta a jure conjugii , ſe totam dedit operibus pietatis, ſub disciplina monachorum Congregationis Vallis-umbroſæ. Conſtruxit aſceterium pro ſacris Virginibus in loco ſuburbano Faventiæ , dicto *la Malta*, nec contenta finibus patriæ, aliud erexit in urbe Florentina , in quo poſtremo meritis & ſanctitate conſpicua ad Sponſum convolavit die XXII. maji anni 1310. Monaſterium Faventinum extra mœnia urbis anno 1502. translatum fuit intra urbem , & a ſanctæ feminæ nomine dictum deinceps aſceterium S. Humilitatis . Ipſius vitam deſcripſerunt P. Abbas Ignatius Guiduccius, & Sylvius Ardentius , prius Lucæ , deinde fuſiore calamo editam Florentiæ anno 1722. Magnanus quoque ex ipſis eam inſeruit ſuo operi SS. & BB. Fav. T. I. pa. 152. Fabritius T. III. Bibl. Med. & Inf. Ætatis pag. 307. huic ſanctæ mulieri tribuit tractatum „ de Curia Paradiſi , & Laudes B. Mariæ „ Virginis , “ & amandat ad ſocios Bollandianos , qui tomo V. maji pag. 205. vitam S. Humilitatis , ſcriptore anonymo ſynchrono, afferunt, in qua ad pagg. 213. & 215. recenſentur opera ipſius. Ex ejuſdem Sermonibus ad monachos Vallumbroſanos fragmenta quædam referuntur Tomo VII. ejuſdem menſis maji ad pagg. 830. & 840. & fuſius adducuntur a Guiduccio in ejus vita duo ex ipſis Sermonibus, Sapientia Divina, & ſublimi Theologia infuſa referti , in quibus continentur aſpirationes & orationes jaculatoriæ in honorem B. Mariæ Virginis , ſanctorum Angelorum , & dilecti ſui patroni S. Johannis-evangeliſtæ. Scripti ſunt hi Sermones lingua Latina , & ſervantur in archivo monaſterii S. Salvi Florentiæ.

I

JACOBUS Bagnacaballenſis . Vide *Montanarius Jacobus* .

JACOBUS Epiſcopus Faventinus. In ſerie Epiſcoporum Faventinorum Ughellii, Cavinæ , & Tonduccii , præter Jacobum electum Epiſcopum ejus urbis anno 1118., cujuſque monumenta ſuperſunt uſque ad annum 1130. de quo tamen hic loci non eſt
nobis

Digitized by Google

nobis ſermo , nullum aliam reperimus Epi-
ſcopum Jacobum nomine , niſi illum , qui
electum ſe appellat anno 1258. cujuſque me-
moriæ hiſtoricæ protenduntur uſque ad an-
num 1274. Jacobum hunc poſtremum Ma-
gnanus T. I. SS. & BB. Fav. pag. 128. ap-
pellat Jacobum Albanum , & ſimul ex illu-
ſtri familia Faventina Paſia facit , additque A
ipſum „ ſcripſiſſe gloſſas ſuper Decretales
„ Gregorii pp. IX. atque citat Pancirolum
„ de Claris Legum Interpretibus libro III.
„ cap. 8. pag. 325. editionis Lipſienſis , &
„ Guillielmum Durantem in proemio ſui Spe-
„ culi , eumque Albanum , fortaſſe gemino
„ nomine vocatum , non Albingaunenſem
„ patria ; “ fuit enim, juxta ipſum Magna-
num , conſanguineus S. Humilitatis Faven-
tinæ , & Præpoſitus eccleſiæ Faventinæ .
Mazzuchellius ad vocem *Albano* pag. 275.
citat eumdem Pancirolum , ſed ad paginam
414. in qua Pancirolus ſcribit , Jacobum in- B
terpretatum fuiſſe quintam compilationem De-
cretalium Honorii III. verumtamen , teſtimo-
nio Ughellii in ſerie Faventinorum Epiſco-
porum , animadvertit idem Mazzuchellius ,
reperiri Jacobum Albanum , facile confuſum
cum Jacobo de Albenga . Pagina vero ſe-
quenti obſervat Jacobum de Albenga ſcripſiſſe
gloſſas ſuper Decretales Gregorii IX. ex Pan-
cirolo , & floruiſſe exiſtimat in Epiſcopatu
Faventino , ſive eſſe Epiſcopum illum Jaco-
bum, qui ab anno 1258. ad 1274. rexit ec-
cleſiam Faventinam. Præterea duos diſtinguit
Albingaunenſes ; „ Johannem , quem facit C
„ magiſtrum Henrici a Suſa , dicti Cardina-
„ lis Hoſtienſis , & qui quintam compilatio-
„ nem Decretalium Honorii III. expoſuerit ;
„ & Jacobum , qui Decretalibus Gregorii
„ IX. gloſſas appoſuerit, huncque ſecundum
„ fuiſſe Faventinum Epiſcopum ab anno
„ 1298. “ Sartius noſter tertio loco in in-
ſigni opere de Claris Profeſſoribus juris ca-
nonici Archigymnaſii Bononienſis , ad vocem
Jacobus Albigaunenſis Epiſcopus Faventinus ,
hæc profert : „ In quintam Decretalium col-
„ lectionem , quam Honorius III. ad Tancre-
„ dum Archidiaconum & Academiæ noſtræ D
„ Præſidem miſit , ut eam in ſcholis & ju-
„ diciis recipi curaret , cum cito obſoleve-
„ rit , ob Gregorianas Decretales , quæ paulo
„ poſt vulgatæ ſunt , & antiquas collectio-
„ nes e gradu dejecerunt , unus Jacobus Al-
„ banus gloſſas ſcripſiſſe dicitur . “ Hanc
autem opinionem ſuam declarat auctoritate
Johannis-Andreæ in Additionibus ad Spe-
culum in proemio dicentis: *Ja. de Al. mag.
Hoſti. gloſſavit Honorianas* . „ Antonius Au-
„ guſtinius in præfatione ad Decretales anti-
„ quas hunc interpretatur fuiſſe Jacobum Al-
„ banum ; alii Jacobum de Albaſco appel-
„ lant , ut Diplovataccius . Eſt hic , ſubdit
„ Sartius , omnino Jacobus Albingaunenſis E
„ ſive *de Albenga* , cujus nomen librariorum
„ inſcitia ita depravatum eſt . Non defuere
„ etiam , qui Johanem pro Jacobo dixerunt.
„ Revera Pancirolus lib. III. cap. VIII. appel-
„ lat modo Jacobum Albanum , modo Jaco-
„ bum de Albenga . Sed rurſus cap. XIII.
„ eumdem dicit Johannem Albiganenſem .
„ Nec dubito , ſequitur Sartius , quin patria
„ Albingaunenſis fuerit , ut a Johanne An-

„ dreæ & Speculatore aliiſque paſſim appel-
„ latur . Hic floruiſſe in foro videtur admo-
„ dum juvenis . Anno M cc. x. advocatus
„ erat in cauſa , quam ſua Decretali ad
„ eum annum edita definivit Innocentius III.
„ nam Johannes Andreæ ad Decretalem il-
„ lam Innocentii III. quæ juxta Pithoeum
A „ emanavit circa annum M. cc. x. & eſt c.
„ *Fraternitatem* de Sepulturis , hæc habet :
„ *Dicebat Abbas , quod magiſter ſuus* (ſci-
„ licet Petrus de Sampſone) *dicebat ſe vi-
„ diſſe locum , & quod ipſius magiſter* , (ſci-
„ licet Jacobus de Albenga) *fuerat advoca-
„ tus in cauſa , dicens , quod eccleſia erat
„ Genuæ , & monaſterium extra civitatem* .
„ Porro Jacobus iſte aſſumptus eſt poſtea ad
„ Præpoſituram Albigaunenſem . Ita Johan-
„ nes Andreæ in c. *Ex literis* de exceſſu
„ prælatorum : *Dicit Hoſtienſis ſe audiviſſe
„ a Magiſtro ſuo Jacobo Præpoſito Albigau-
B „ nenſi* . Deinde ad Faventinas infulas , ut
„ ſcribit Guillielmus Duranti : *Jacobus de
„ Alb. Epiſcopus Faventinus* . Nec vero , pro-
„ ſequitur Sartius , Jacobum alium Faventi-
„ num Epiſcopum decurrente Seculo XIII.
„ fuiſſe non dubie accepimus , præter eum ,
„ qui electus anno M. cc. LVIII. ſedem illam
„ tenuiſſe dicitur uſque ad annum M. cc.
„ LXXIV. Atenim ; objicit ſibi idem Sartius ,
„ ſuſpicari forte quis poſſet , non tam longe
„ vitam produxiſſe Jacobum Albingaunenſem ,
„ ſed Faventinam eccleſiam aliquanto matu-
„ rius adminiſtraſſe ; ſcilicet inter Albertum ,
C „ cujus extrema mentio ſupereſt ad annum
„ M. cc. XXXIV. & Zulianum , qui anno M.
„ cc. XLIX. electus dicitur ; Jacobum vero
„ illum , qui anno M. cc. LVIII. creatus eſt ,
„ alium Albigaunenſe fuiſſe . Sed utut res ſe
„ habet , neque Ughellius in Epiſcopis Fa-
„ ventinis , neque Tonduccius in Faventina
„ hiſtoria perſenſerunt Epiſcopatum ejus ci-
„ vitatis geſſiſſe Jacobum Albingaunenſem
„ juris canonici profeſſorem clarum , Henrici
„ Cardinalis Hoſtienſis , & Petri Sampſonis
„ magiſtrum . “ Hæc Sartius , quem una
cum notis ad ſua dicta hactenus exſcripſimus
D de verbo ad verbum . Nos vero , ut ſenten-
tiam noſtram aperiamus , primo dicimus Ja-
cobum Albigaunenſem fuiſſe proculdubio , epi-
ſcopum Faventinum ; teſtem omni exceptione
majorem producimus Guilielmum Durantis :
Jacobus de Alb. Epiſcopus Faventinus . Secun-
do aſſerimus Jacobum Albigaunenſem factum
Epiſcopum Faventinum , juris canonici fuiſ-
ſe clariſſimum profeſsorem , & Honorianas
Decretales gloſſis illuſtraſse ; adeoque repo-
nendum in hunc noſtrum Literatorum Vi-
rorum catalogum , quia licet non fuerit Fa-
ventinus origine neque nativitate , fuit Fa-
ventinus dignitate . Tertio contendimus duos
diſtinguendos eſse Faventinos Epiſcŏpos , Ja-
E cobi nomine Seculo XIII. donatos , præter
tertium , qui floruerat ſeculo antecedenti ,
ab anno 1118. ad annum 1130. , unum
ipſorum Albingaunenſem , ſive de Albenga ,
qui floruerit poſt annum 1234. immo 1238.
& Epiſcopales infulas geſtaverit ab anno
1238. uſque ad annum 1249. ipſorum alte-
rum electum anno 1258. defunctum vero
anno 1274. Id ut aſſeramus , facit lacuna ,
quæ in Epiſcopis Faventinis reperitur ab

anno 1238. ad 1249. quam replendam eſſe arbitramur nomine & ſede ejuſdem Jacobi Albingaunenſis, qui certe teſtimonio probatorum ſcriptorum fuit Epiſcopus Faventinus. Dicimus ab anno 1238. non vero ab anno 1234. ut ſcribit Sartius, ceterique ſcripſere; quia ex tabulario Ravennatis Archiepiſcopatus Capſ. E. num. 1696. Albertus uſque ad eum annum 1238. regebat eccleſiam Faventinam; nam eo anno cum infamatus eſſet de pluribus criminibus, & teſtes plura contra eum dixiſſent, coram Mainardo Epiſcopo Imolenſe, & Ægidio Foropompilienſe, ſe purgavit apud eos, innocentiam ſuam manifeſtando. Videantur Acceſs. Favent. col. 489. Diſtinguendum inſuper duplicem Jacobum Epiſcopum Faventinum ſeculo XIII. demonſtramus, quia Jacobus, qui anno 1258. ſe appellat electum, ex alia patria, ut mox dicturi ſumus, non ex Albingauno fuit. Jacobus enim hic fuit ex familia Petrella ſeu Petralla. Petrallam vocat Johannes-dominicus Coleti pag. 97. ſuarum notitiarum Balneocaballi, ex inſtrumento anni 1270. die XIII. novembris indictione XIII. Bonaventura notario, quod ſervatur in archivo ſecreto ejus oppidi. Sed Petrus Cantinellius in Chronico appellat Jacobum Petrellam ſive de Petrella. Similiter in eodem archivo Archiepiſcopatus Ravennatis Capſ. M. num. 5863. nominatur Petrella his verbis: *Jacobus Petrella ex Præpoſito Epiſcopus Faventinus excommunicare fecit, per Conſtantium Abbatem S. Mariæ foris portam, poteſtatem Livienſem & eorum civitatem pro injuriis illatis eccleſiæ Ravennati*. Vide eaſdem Acceſſiones col. 500. Porro hic Jacobus Petrella, antequam Epiſcopatum Faventinum iniret, fuit Præpoſitus in eadem eccleſia; id quod præter alia externa documenta evincunt plures paginæ chartarii Azzuriniani, & alterius Capitularis Canonicorum eccleſiæ majoris. Ulterius memoria nobis excidit, quo in archivo repererimus aliquibus abhinc annis, Jacobum Petrellam fuiſſe ante Præpoſituram Faventinam Canonicum Ravennatem. Sed niſi Canonicatum obtinuerit in eccleſia Ravennate, (quod præfidenter non aſſerimus) exploratum certe eſt ipſum Faventinam Præpoſiti dignitatem geſſiſſe, non Præpoſituram Albingaunenſem, quam geſſit ſuperior Jacobus. Indubitatum denique eſt Jacobum Petrellam obiiſſe anno 1274. niſi mavis dicere anno 1273. Audiatur Cantinellius in Chronico pag. 249. Acceſſionum: *Eo anno in die mane feſtivitatis S. Johannis-evangeliſtæ, qui eſt immediate poſt feſtum Nativitatis Domini, inventus eſt mortuus in camera D. Jacobus Petrella Epiſcopus Faventinus, quem ſuffocaverunt familiares ſui*. Quis autem dixerit Jacobum de Petrella defunctum anno 1274. vel 1273. eumdem fuiſſe Epiſcopum cum eo, qui dicitur Albigaunenſis? Monumenta, quæ ſuperſunt Albigaunenſis, incipiunt ab anno 1210. quo anno erat advocatus, atque propterea ad minus vel triginta vel ſaltem viginti annorum ætatem tunc æquabat, ſi vero ad annum 1274. perveniſſet, vel pluſquam nonagenarius, vel prope, ad plures abiiſſet, & quidem morte violenta, non naturali. Quare haud inveriſimiliter diſponenda videtur ita ſeries Epiſcoporum Faventinorum per Seculum XIII.

I. Albertus, cujus non ſuperſunt monumenta poſt annum 1238.

II. Jacobus Albingaunenſis, ex Præpoſito Albingaunenſi Epiſcopus Faventinus, ab anno 1238. ad 1249. Hic Honorianas Decretales gloſſis illuſtravit.

III. Zulianus in tabulario Azzuriniano appellatus electus ad annum 1249.

IV. Gualterius ab anno 1251. ad 1258.

V. Jacobus de Petrella, qui electus dicitur ad annum 1258. ex Præpoſito Faventino Epiſcopus ejuſdem eccleſiæ uſque ad annum 1274. cui non eſt tribuenda illuſtratio Honorianarum Decretalium. Qua ratione autem Magnanus Jacobum Petrellam Albanum vocet, & altero cognomine Paſium, & conſanguineum S. Humilitatis; quo etiam fundamento ipſi locum det inter SS. & BB. vel ſaltem inter Venerabiles viros Faventinos, ipſe viderit. Ceterum etiam Fabritius T. III. Bib. Lat. Med. & Inf. Ætat. pag. 277. Jacobum Faventinum Epiſcopum interpretem Decretalium Honorii appellat Albanum; dicendum profecto Albingaunenſem.

ILDEBRANDUS Epiſcopus Faventinus deſinente Seculo X. & initiis Seculi ſequentis, Confirmavit chartulis ſuis edictum Pauli & Gerardi prædeceſſorum ſuorum Epiſcoporum pro Canonicis eccleſiæ Faventinæ. Habetur apud Ughellium T. II. in Epiſcopis Faventinis alia ipſius charta donationis factæ monaſterio Biſurcenſi, quod erat in ſua diœceſi, & S. Romualdo ibidem eremitæ & Abbati ejus monaſterii.

INCITATI (*degli*) Academia Faventina, cujus mentionem facit Magnanus T. I. pag. XIX. in introductione ad collectionem Vitarum SS. & BB. Fav. Hæc pro emblemate equos exhibebat ad curſum concitatos, & pro lemate: „ *Simul ultima ſignant*; “ quam academiam temporibus ſuis ſuppreſſam extinctamque dicit.

INDOVINIS (*de*) Johannes-baptiſta Cennis. „ Ad magnificum Laurentium Medicem „ de recuperatis finibus illuſtris Domini Aſtorgii, perturbatis & vi oppreſſis a Cutignolenſibus epigramma. “ Extat in continuatione hiſtoriæ Tonduccii ad pag. 536. ad annum 1488. Johannes baptiſta erat Vicarius Aſtorgii III. pueri Domini Faventiæ, & opera ejuſdem Laurentii Medicei, & Herculis Ducis Ferrarienſis, & Bernardi (interpretamur Bernardum Bembum Patritium Venetum & Vicedominum in Ferraria pro Republica Veneta) obtinuerat, ut invaſa terra Domino ſuo principi Faventino reſtituerentur. Ex eo epigrammate conſtat Johannem-baptiſtam ſe exercuiſſe in Poeſi, præſertim Latina; potiſſimum etiam, quia alia ipſius epigrammata referantur exiſtere in Codice IX. Bibliothecæ Capponianæ mſs. pag. 453. ad calcem nimirum gloſſarum Darii Tiberti Cæſenatis in Pſalterium. Non dubitamus quoque Johannem-baptiſtam illum eumdem eſſe, quem Flaminius in epiſtola de Laudibus Faventiæ; „ Virum civili ſcientia ornatiſſimum „ appellat Johannem-baptiſtam Cenni; “ quare ipſi videtur adjungendus ſequens.

IN.

Digitized by Google

INDOVINIS (*de*) Nicolaus, Johannisbaptiſtæ Cennis mox dicti filius, qui adhuc in vivis erat, cum epiſtolam illam ſcripſit Flaminius, quem ſimiliter cum patre ornatiſſimum ſcientia civili, & juris utriuſque peritia præditum, ſed & equeſtri dignitate inſignitum prædicat.

INDOVINIS (*de*) Petrus. Vivebat tempore Julii II., cum laude ab eodem Flaminio nominatus, ſed ſub nomine familiæ Cenni. Videtur Cennis fuiſſe pater Johannis baptiſtæ, & avus Nicolai, a quo familia de Indovinis dicta ſubinde fuerit de Cennis. Vide *Cenni*.

JOHANNARDIUS Johannes Faventinus vivens: *Canzonette del Signore Conte Lodovico Savioli Bologneſe tradotte in verſi Latini Elegiaci. In Faenza* M.DCC.LXXIII. *preſſo Gioſeffantonio Archi in* 4. Johannardius carmina ſua dicat præſtantiſſimo viro Franciſco Calcagninio, Patritio Ferrarienſi, Romano Dynaſtæ, Comiti Palatino, Marchioni Fuſignani, Alphonſinarum & Leonini territorii Domino. Elegantiſſime cantiones vertit in Latinum; quare jure elogium illud meretur; *che in queſte traduzioni hà egli proccurato di ſcanſare al poſſibile ogni durezza e ſpiacevole intralciamento uſato da più antichi e rancidi poeti Latini, appigliandoſi a bella poſta ad imitare l' aurea, piana e naturale maniera dello ſtile Ovidiano*. In monito ad Lectorem. Alumnus eſt Franciſci Contoli, qui auditor fuit Hieronymi Ferrii.

JOHANNES I. Epiſcopus Faventinus. Floruit circa annum 769. eo enim anno a Sergio Archiepiſcopo Ravennate miſſus fuit una cum Antonino Epiſcopo Cæſenate ad Concilium Romanum celebratum a Stephano III. Romano Pontifice. Concilium hocce opera & ſtudio Cl. V. Cajetani Cenni primum in lucem editum ex antiquiſſimo Codice Veronenſi ms. nongentorum annorum, & dicatum Clementi pp. XII. prodiit Romæ anno 1735. In ipſo igitur leguntur nomina Epiſcoporum conſidentium cum Romano pontifice, & inter ceteros: *Antonino Epiſcopo Ceſinæ & Joanne epiſcopo Fentiæ miſſis a prædicto Sergio Archiepiſcopo Ravennate*. Quare tum catalogo Ughelliano, tum ſeriei Epiſcoporum Faventinorum a nobis collectæ col. 686. Acceſſionum Faventinarum, inferendus erit ad annum 769. Johannes I. hujus nominis, qui ſit nobis notus, Epiſcopus.

JOHANNES alter Epiſcopus Faventinus. Eam ſedem tenuit ab anno 1177. ad annum 1190. quo defunctus eſt in expeditione Hieroſolymitana. Anno 1181. edictum protulit, inſertum Acceſſion. Fav. col. 452. aliudque col. 206. quo anno 1184. repreſſit tumultum populi Faventini. Tonduccius & Magnanus fuſe ejus interitum enarrant, & poſtremus addit, Bernardum Papienſem ipſius ſucceſſorem in Epiſcopatu, ejus vitam ſcriptis memoriæ poſterorum mandaſſe.

JOHANNES tertius hujus nominis Epiſcopus Faventinus ab anno 1427. quo a Martino pp. V. anno ipſius undecimo electus fuit ad eam ſedem, ad annum 1438. quo in pace obiit. Erat ex Ordine FF. Minorum, & in tabulario SS. Hippolyti & Laurentii de Faventia appellatur: „ Doctor eximius. “

JOHANNES Canonicus Faventinus cum titulo Magiſtri. Memoratur ad annum 1174. in tabulario Capitulari Canonicorum.

JOHANNES Preſbyter Faventinus, imperiali auctoritate notarius, & rector eccleſiæ S. Antonii Faventiæ, confeſſarius S. Margaritæ Sanctimonialis Vallumbroſanæ circa annum 1330. Scripſit vitam & acta hujus ſanctæ virginis; cujus prototypum extat in archivo aſceterii S. Salvii de Florentia, ex quo derivarunt in ſua Acta Sanctorum ſocii Bollandiani tomo V. auguſti pag. 849. Ex Magnano T. I. pag. 190.

JOHANNES Faventinus „ guardianus ſeu „ cuſtos Conventus Paphenſis in Cypro Ordinis S. Franciſci. Vitam & miracula collegit beati Petri Thomæ Patriarchæ Conſtantinopolitani ex Ordine S. Mariæ de Monte-carmelo. Vivebat anno 1370. “ Ex Poſſevini T. II. Appar. Sacr. pag. 176., & ex Teſſierii Catalogo auctorum T. I. pag. 175. Johannes autem Molanus in Additionibus ad Martyrologium Uſuardi ad diem VIII. idus januarii in adnotationibus hæc habet: „ Petri Thomæ ſeu Thomaſii vitam „ ſcripſerunt Philippus Mazzerius Cancellarius Regis Cypri, & Johannes Faventinus „ nondum impreſſi. “ Apud Fabritium T. IV. Bibl. Latinæ Mediæ & Infimæ Ætatis pag. 63. legimus Johannem hunc a Cangio appellari Johannem Carmeſſonum, qui ſcripſerit vitam S. Petri Thomæ ſive Thomaſii Carmelitæ Archiepiſcopi Cretenſis, qui ab Urbano V. creatus Patriarcha C Politanus obierit martyr anno 1366. Subdit vero Fabritius vitam hujus Thomaſii, editam Antuerpiæ anno 1659. in 8. repetitam fuiſſe in Actis SS. cum Godefridi Henſchenii notis die 29. Januarii Tomo II. pag. 995. & auctorem habere Philippum Mazzerium coævum ſcriptorem, Cancellarium Regni Cypri. Sed quod Johannes primus ſcriptor vitæ fuerit ex urbe Faventiæ, colligitur ex vita & rebus geſtis ejuſdem B. Petri Thomæ Aquitani ex Ordine B. Mariæ V. a Monte Carmelo, Patriarchæ CP. & Sedis Apoſtolicæ Legati, auctore Luca Wadingo edita Lugduni anno 1637. ubi in admonitione ad Lectorem ait, vitam ejus ac geſta primum ſcripſiſſe Johannem Faventium Franciſcanum; & ad calcem ejuſdem vitæ refert: „ poſt mortem „ ſancti viri Petri a primo depoſitionis die „ multis cepiſſe clarere miraculis, ad quorum „ famam tam ex civitate quam ex rure ſuburbano convolabant plurimi malorum remedium relaturi. Præ reliquis, *frater Johannes Faventinus Minorita Præfectus ſeu Guardianus Paphenſis, qui ſancti viri geſta vitamque deſcripſit*, angina aut fancium inflammatione ferme præfocatus accurrit, appoſitaque ſancti viri dextera parti languenti, repente convaluit. “ Et in notis, quas idem Wadingus appoſuit ad hæc verba: *Johannes Faventinus Minorita*, ait: „ An Faventiæ Romanulæ urbe oriundus? „ Faventium pro Faventino aliqui nominant,

„ atque ex relatione ſcripta Mazzerii ipſum, „ vitam ſancti viri concinnaſſe exiſtimant, „ verum Mazzerius ſcripſit poſt Minoritam, „ quipppe qui in vita a ſe concinnata, Fa„ ventiam prius eamdem ſcripſiſſe conceptis „ verbis commemorat. “ Hæc Wadingus.

JOHANNES-antonius Faventinus, Ordinis ſimiliter Minorum. „ Edidit pias Meditatio„ nes Italica lingua exaratas, & in vivis „ erat anno 1577. “ Ex Poſſevino pag. 107. A

JOHANNES „ frater Prædicatorum Æmi„ lius. Laudatur a Luſitano abſque nota anni „ & ſeculi, quo claruerit; a Pio adducitur „ ad medietatem circiter Seculi xv. a Ro„ vetta in duos dividitur, alterum, quem a: „ annum 1310., alterum, quem ad annum „ 1458. collocat, quod ab eo gratis factum „ videtur, cum ceteri unum tantum agno„ ſcant, etiam Rivalius ex relationibus alum„ norum Conventus Faventini S. Andreæ. „ Opera, quæ ipſi tribuuntur ſunt: De præſ„ cientia & providentia Dei. Rovetta addit B „ tractatus de Divina gratia, de peccato ori„ ginali, de Pœnitentia, iſtaque omnia mſs. „ apud Faventinos patres ſervari aſſerit, “ Jacobus Eccardius T. I. pag. 902. has nobis notitias affert, neque plura de ipſo Johanne habet.

JOHANNES alter Faventinus, Prior in conventu F.F. Prædicatorum de Bononia & conſultor S. Officii ejuſdem urbis, in me dium affertur ad annum 1299. a Sartio noſtro ſub pag. 217. in Appendice, ex Codice membranaceo archivi ejuſdem S. Officii.

JOHANNES Faventinus Legiſta, „ Sum„ ma, “ Is inter celebres Juriconſultos reponitur a Johanne Andreæ altero famoſiſſimo Legum Doctore, ut aſſerit Tonduccius pag. 389. ad annum 1317. nam enumerans Johannes Andreæ celebres viros in jure, nomine Johannis donatos, inter ipſos recenſet Johannem Faventinum, in proemio ſuper verba: *Johannes Epiſcopus* &c. ſed quando Faventinus Johannes floruerit, ignorare ſe confitetur idem Tonduccius. Laudatur etiam Johannes a Conrado Geſnero in Elencho Scriptorum pag. 544. inter canonici vel civilis juris ſcriptores, nominatur & in aliis gloſſis. D Sed Sartius noſter pag. 288. inſignis ſui operis de Claris Profeſſoribus Archigymnaſii Bononienſis, ſupra ceteros Johannis Faventini memoriam illuſtravit. Aſſerit proinde Johannem ex Familia Faventina Cavaleria fuiſſe, ex qua etiam a Diplovataccio ſit, & Canoniſtam ſummum, ac antiquioribus Gratiani interpretibus adnumerandum exiſtimat. „ Flo„ ruit, inquit ipſe, ante editas Decretalium „ collectiones, ac proinde paulo poſt medie„ tatem, & ante finem Seculi xII. nam in „ ſuis ad Gratianum gloſſis nullam Decreta„ lem allegat, ut animadvertit Johannes An„ dreæ, qui ejus ſcripta legit. Multa ex ejus „ gloſſis in Johannis Teutonici commentaria, „ ſive in gloſſam communem migrarunt. In „ impreſſis exemplaribus, quæ Johannem ci„ tant, ejus nomen mendoſe ſcriptum eſt; „ alicubi pro Johanne Faventino appellatus „ fuit Johannes Faber, aut Johannes Fan„ tutius, qui Fantutius duobus ſeculis poſt „ Faventinum vixit, ſed mſs. Caſanatenſia „ & Vaticana conſtanter habent: *Joh. Fav.* „ ideſt Faventinum. Multa a Johanne Fa„ ventino mutuatus eſt Hugo ſive Huguccio „ Piſanus. Initium ſummæ Johannis Faventi„ ni in Decretum Gratiani incipit: *Sub thro„ no Dei*. Diplovataccius hanc ſummam non „ magnæ molis, ſed magnæ utilitatis aſſer„ vatam ſuo tempore ſcribit apud fratres S. „ Franciſci Faventiæ. “ (Ipſam fruſtra in Bibliotheca ejuſdem conventus quæſivit Sartius, fruſtra quæſivimus & nos, cum Faventiæ moram traheremus.) „ Tempora Jo„ hannis Faventini, quando docuit & ſcri„ pſit Bononiæ, conjungenda ſunt cum tem„ poribus Rufini & Silveſtri, regnante Fri„ derico I. imperatore, paulo poſt tempora „ Gratiani, licet Rufinus ſerius vitam pro„ traxerit uſque ad pontificatum Honorii III. “ Hæc maximam in partem exſcripſimus ex Sartio, Johannes Teutonicus ſæpe ſæpius citat in ſuo Decretorum apparatu Johannem Faventinum; ſimiliter Huguccio Piſanus Ferrarienſis Epiſcopus. Johannes-antonius Flaminius in epiſtola de Laudibus Faventiæ; „ Johannes, inquit, Faventinus, juris pon„ tificii vetus interpres, vir quidem clariſſi„ mus, & a veteribus Legum interpretibus „ maxime celebratus, cujus Speculator in „ proemio ſui Operis meminit. “

Familiam porro Cavaleriam fuiſſe Faventinam pluribus antiquitatis monumentis probatur. Præter enim Guidonem, qui vocatur Cavalerio, nominatum in chartis Azzuriniis Sacc. II. ad annum 1131. ad col. 423. Acceſs. Fav. præter Cavaloverium q. Benvenuti civem & notarium Faventinum ad annum 1316. & ſequentes ad col. 541. anno 1333. xvI. novembris indictione prima Guilielmus q. Petri Cavalerii vendidit ſapienti viro D. Guidoni q. D. Bellotti Judicis de Salutare terras poſitas in ſchola Baſigliaghæ Faventiæ, in palatio rectoris, ubi Jus redditur; Alberto q. Bolgaruccii Valvaſoris de Lugo notario; ex iiſdem paginis Azzuriniis Sacc. vI., Ex tabulario vero S. Mariæ foris portam faſc. xIII. anno 1414. Johannes-baptiſta Cavalerius filius Chriſtophori q. Vulgani de Cavaleriis de capella S. Michaelis de Faventia, Abbas monaſterii S. Mariæ foris portam de Faventia, Ordinis S. Crucis Fontisavellanæ ac regulæ & Ordinis S. Benedicti, habitus albi, renovat libellum de quodam ſpatio terræ in Capella S. Severi; Benedictus q. Vulgani civis Faventinus & notarius. „ Reperitur nomen ejuſdem Abbatis etiam ad „ annum 1419. “

JOHANNES Flavetinus. „ Summa. “ Pignus daremus pro Faventino irrepſiſſe Flavetinum. Reperitur hæc Summa in Bibliotheca S. Victoris Pariſienſis, referente Montfauconio Bibl. Bibl. Tom. II. pag. 1372. In indiculo librorum, quos Benedictus Abbas Petroburgenſis, exeunte, ut videtur, Seculo xII. exſcribendos curavit, recenſentur Decreta Gratiani, Summa Rufini de Decretis, Summa Johannis Faventini de Decretis &c. apud Seldenum in judicio de decem Scriptoribus Anglis, teſte Sartio in ſupradicto opere pag. 287. Hæc dicta ſint ad illuſtre red-

den.

deadum nomen Johannis Faventini Legiſtæ, ſive celeberrimi Juris Pontificii Interpretis, & Doctoris, poſt anteſignanum Gratianum, facile principis.

JOSEPH Gratianus ex O. FF. Cappuccinorum. Vide *Gratianus Joſeph*.

JOSEPH a Mutiliana concionator O. FF. Cappuccinorum, qui obiit Forolivii anno 1715. & ætatis annorum ſeptuaginta & unius. Scripta ipſius ſunt.

„ Pædagogia ſeu Pædagogus Chriſtianus pro
„ concionibus conſtruendis. “

„ Idolorum Aaronis, ſive diſcurſus cen-
„ tum pro bono regimine. “

Italica vero lingua; *Motivi e conſiderazioni per non peccare. In Bologna* 1712.

Vita della ſerva di Dio ſuor Agneſe Aquillenque in Provenza Religioſa Cappuccina.

Lo ſtato di un' Anima fedele, che travaglia per le virtù; opera della detta ſuor Agneſe; diviſa in tre trattati; Hæc duo opuſcula in vulgarem linguam vertit ex Gallico idiomate ſororis Agnetis ſupradictus frater Joſeph.

„ Liber contra Hebræos, ſed inabſolutus;
„ linguam autem Hebraicam probe callebat
„ Joſeph, qua etiam quandoque concionaba-
„ tur adverſus ipſos. “ Hæc retulimus ex Bibliotheca Script. Cappuc. fr. Bernardi pag. 157.

JUSTUS Epiſcopus Faventinus. Legitur in Actis Concilii Romani habiti anno 463. ſub Hilaro Romano Pontifice.

L

LADERCHIUS Jacobus Patritius Faventinus Academicus Philoponus & Apatiſta. *Panegirico recitato nella Dieta* 1059. *in lode del reverendiſſimo P. D. Pietro Ferracci da Cremona eletto Abbate Generale Apoſtolico dell' ordine Camaldoleſe. In Forlì per il Saporetti in* 4.

LADERCHIUS Jacobus Faventinus preſbyter Oratorii S. Philippi Nerii. „ Annales
„ eccleſiaſtici in continuationem Annalium O-
„ dorici Raynaldi. Romæ volumina III. in
„ folio num. XXII. XXIII. XXIV. edita an-
„ nis 1727. 1728. ab anno 1566. quo de-
„ ſiit Raynaldus ad annum 1572. “

„ Vita S. Petri Damiani S. R. E. Cardi-
„ nalis & Epiſcopi Oſtienſis, in ſex libros
„ diſtributa, dicata SS. P. Clementi pp. XI.
„ Romæ anno 1702. “

Anno ſequenti typis pariter Romanis edidit regeſtum omnium epiſtolarum, quas ad diverſos ſcripſit ſuper eadem vita. Eæ ſunt ad Cardinalem Bandinum Panciaticum, ad Cardinalem Bullionium Epiſcopum Oſtienſem, ad Cardinalem Duratium Epiſcopum Faventinum Romandiolæ Legatum, quinque ad Cardinales N. N., ad Archiepiſcopum Ravennatem, ad Canonicos & Clerum Ravennatem, ad Canonicos & Clerum Faventinum, ad Presbyteros Congregationis Oratorii Neapolis, ad Abbatem & Monachos Caſinenſes, ad Abbatem & Monachos S. Mariæ angelorum Faventiæ, ad Regiam Celſitudinem Ducis N. N. ad Regiam Celſitudinem Principis N.N. ad Ravennates, ad Faventinos. Ad calcem extat Compendium vitæ ejuſdem S. Petri Damiani.

Prodierunt adverſus vitam hanc Nugæ Laderchianæ, & Dialogus Sejani & Rufini, quibus excipitur & carpitur ſatis inurbane vitæ ſcriptor. Pariſiis 1705.

„ De Sacris Baſilicis SS. MM. Petri &
„ Marcellini diſſertatio hiſtorica. Romæ
„ 1705. in 4. “ Cardinali Franciſco Pignatello.

„ Acta Paſſionis SS. MM. Creſcii & So-
„ ciorum MM. ex MSS. Codd. Bibliothecæ
„ Mediceo-Laurentianæ Metropolitanæ Eccle-
„ ſiæ Florentinæ & Sapientiæ Romanæ Coſ-
„ mo III. M. Ethruriæ Duci. Florentiæ 1707.
„ in fol. “

„ Apologia pro Actis eorum SS. in fol.
„ 1708. Creditur tamen fœtus alterius ſcri-
„ ptoris. Prodiit eodem anno 1707. Antonii
„ franciſci Felici Romani Appendix ad ea-
„ dem Acta edita a Laderchio, perpetui eo-
„ rum cultus SS. monumenta complectens. “

Lettera ad un Cavaliere Fiorentino divoto de SS. MM. Creſci e Compagni, in riſpoſta ad alcune difficoltà e dubbiezze motivate contro gli Atti de medeſimi Santi. In Firenze 1711. *in* 4.

„ Acta S. Cæciliæ & Tranſtyberina Baſi-
„ lica illuſtrata. T. II. in 4. Romæ 1722. “ Ad Cardinalem Franciſcum Aquaviva.

„ Vita Julii cæſaris Carena piiſſimi Abbatis
„ Camaldulenſis. “

Acta SS. MM. Chriſti vindicata. T. II. in
„ 4. Romæ 1728. “ Sub nomine Odoacris Ilbachii.

Congreſſi Letterarj di oggidì, o ſia Diſamina delle Queſtioni, che ſogliono in eſſi agitarſi. In 4. 1734. Editus fuit liber Venetiis per Johannem-baptiſtam Recurti.

„ De habitu & ſchemmate ſacrarum pe-
„ regrinationum. “ In 4. ſine loco, anno, & nomine impreſſoris; immo & auctoris, qui tamen fuit Laderchius, invehens in veſtes indecoras, adhibitas tempore Jubilæi anni 1725. a peregrinis Limina Apoſtolorum viſitantibus, proſcriptas & vetitas a Clemente pp. XII.

Diſcorſo fatto li 4. *dicembre* 1732. *al Magiſtrato della Città di Faenza nel pubblico Palazzo, nel preſentare al medeſimo un' antica lapide da lui ritrovata nel Cimiterio de SS. MM. Pietro e Marcellino nella via Lavicana di Roma. Seconda edizione. In Faenza preſſo l' Archi* 1733. *in* 4. „ *La lapide è la ſe-*
„ *guente*: D. M. C. Silio Communi C. Si-
„ lius Faventinus B. merenti. “

Obiit Laderchius anno 1738. die 25. aprilis, relinquens poſt ſe copiam pergrandem operum editorum & manuſcriptorum, præter hucuſque relata.

LADERCHIUS Johannes-baptiſta. „ Con-
„ ſilia legalia. Ferrariæ 1600. in folio. “ Alter fuit Johannes-baptiſta, ut exiſtimamus, inſignis ipſe quoque legiſta, & a ſecretis Alphonſi II. ducis Ferrariæ, de quo verba facit Marcheſius, P. I. *pag.* 250. *della Galeria di Onore*.

LADERCHIUS Johannes-baptiſta junior, Comes & Patritius Faventinus, princeps in Academia Philoponorum Faventiæ. In Itali-

cum

Digitized by Google

cum idioma ex Gallico tranſtulit vitam Cardinalis Commendoni, & vitas antiquarum Romanarum Auguſtarum. Plurima etiam ingenii ſui monumenta habentur Poeſis Italicæ, quam in deliciis habebat. Vide Memorias Philergitarum Marcheſii, & Magnanum pag. 401. Obiit piiſſime ſicut vixit, anno 1681.

LADERCHIUS Julius-cæſar Comes Faventinus. Affertur a Borſetto T. II. pag. 485. ad annum 1676. inter Laureatos Almi collegii Ferrarienſis. A

LADERCHIUS Petrus-gentilis. Inter celebres Juriſconſultos Faventinos commendatur a Flaminio; revera unus fuit ex iis, qui operam dedere efformandis novis urbis Faventiæ Statutis, quæ lucem viderunt anno 1527.

LAGHIUS Antonius Faventinus, Parochus eccleſiæ S. Crucis ejuſdem urbis. Cum Archipresbyter eſſet Montis-fortini Faventinæ diœceſis, typis Archianis anno 1764. eleganti & fideli traductione vertit duodecim cantiones, vulgo *Canzonette*, eruditiſſimas leporibuſque vernantes Comitis Ludovici Savioli Bononienſis, quas ex Italicis Latinas elegiacas fecit, exhibuitque Comiti Bonifacio Spadæ Equiti Hieroſolymitano, Cæſareo Imperiali & Regio Generali, quas paraverat nuncupandas Marchioni Leonidæ Spadæ infra id tempus extincto. Paraphraſim præterea prælo maturam habet Pſalmorum, contextam variis metris Latinis una cum notis; quam Italicam reddere inceperat Franciſcus Maccabellus Ruſſienſis; neſcimus tamen qua de cauſa modo interrupta fuerit proſequutio hujus verſionis. B C

LAMA Franciſcus-maria Faventinus. Locum habet ad annum 1674. inter Laureatos in ſacra Theologia almi Gymnaſii Ferrarienſis relatos a Borſetto T. II. pag. 485.

LAMIUS Salvator celebris Juriſconſultus laudatur a Flaminio.

LAMONE fiume di Faenza. „ *Scritture* „ *ſopra la diverſione del medeſimo fiume*. " Extant in Codice XLVI. Bibliothecæ Capponianæ pag. 443. catalogi MSS. D

LAMONIA colonia fundata Faventiæ in Academia Philoponorum anno 1714. die prima junii ex Arcadica Urbis: Nomina primorum Academicorum, ut referuntur T. VI. Vulgaris Poeſis Creſcimbenii pag. 430. ſunt iſta.

„ Albantes Perſeanus. Marcus-antonius „ Azzallius.
„ Archidamus Achelianus. Æmilianus „ Æmilianus.
„ Cloraſtus Eubejus. Bernardus Spada. E
„ Daletes Carnaſius. Alexander Burghius.
„ Echenus Eurimedontius. Sanctes Bucchius.
„ Edelius Achelianus. Franciſcus-maria „ Liveranus.
„ Efeſius Arneus. Carolus abbas Severolus.
„ Elmirus Miceneus. Leonidas Spada.
„ Eſchildus ..... Johannes-maria Ciri.
„ Floraldus Meſſaticus. Johannes-baptiſta „ Cantonus.
„ Ladacus Teledamius. Romualdus Magnanus.
„ Odalmus Apeſantius. Vincentius-maria „ Gabellottus.
„ Pindorus Agamennonius. Philippus Rondininus.
„ Riceſtes Agamennonius. Vincentius Padovanius.
„ Ruſticius Arneus. Carolus-andreas Sinibaldus.
„ Vetildus Eleutherius. Laurentius Zanottus.

LAPUS Angelus Faventinus. „ Ad Magnificum Coſmam elegia. "

„ Coſme vir Etruſcos inter clariſſime, „ & ingens
„ Florentinæ urbis gloria, ſpeſque „ ſalus &c.

Carmen aliud ad eumdem, ſed ſine titulo:

„ Coſme, tui mores præſtantes, clara- „ que virtus
„ Nobilitas, honor & probitas, cle- „ mentia, varum
„ Sacrorum pia cura movet me ſcribe- re carmen &c.

In fine Elegiæ & carminis legitur:

„ Luxerita ſuo cecinit hæc carmina „ Coſmo.
„ Ex Faventia quarto Kalendas novem- „ bris. "

Habentur in Bibliotheca Laurentio-medicea pluteo LIV. cod. XII. ut teſtatur. Montfauc. Bibl. Bibl. T. I. pag. 342. editaque fuere Tomo VI. Carminum Illuſtrium Poetarum pag. 123. quæ lucem viderunt Florentiæ anno 1719. & ſequentibus.

LAURENTIUS Judex & Advocatus Faventiæ. Celebratur ſequenti rudi carmine a Thomaxio Judice de Faventia, filio quondam D. Laurentii, ſeculo XIII. quod inſeruit ſuo Chronico Cantinellius ad col. 241. Acceſs. Favent.

„ Laurenti lauris velut alge digne ja- „ cintus
„ Exterius preſtans ſenſuque potentior, „ intus
„ Urbs tua te colit, hinc olim inde „ memento Catonis
„ Fac bene creſcat ea cunctis diadema „ patronis. "

LAZARUS Aloyſius Balneocaballenſis Abbas Camaldulenſis. Scripſit, & edidit.

Dodici ſermoni ſopra la ſanta Caſa di Loreto.
Vita di S. Benedetto.
Panegirico di S. Romualdo.

Lucem viderunt ea omnia Romæ anno 1669. per Ignatium de Lazzeris, dicata a ſuo auctore Romano pontifici Clementi IX.

Elegiæ, Odæ & Poemata ejuſdem mſs. extant in Bibliotheca S. Gregorii de Urbe. Edidit quoque alia varii generis opuſcula, & Italica lingua curſum quadrageſimalem. De eo Coletus pag. 84. Catalogi Scriptorum Balneocaballenſium.

LA.

Digitized by Google

LAZARUS alter Johannes-antonius. Vivebat Balneocaballi in O. FF. Min. Conv. circa annum 1731. quem citat Magnanus T. II. pag. 34.

LECA Laurentius Briſichellenſis magiſter in patria. Proſa & verſu excellenter componit, ut fidem faciunt fœtus ipſius in aliquibus collectionibus extantes.

LIBERUS Antonius. Flaminius in epiſtola non ſolo celebris Pictoris Faventini, ſed etiam mirifici Architecti elogio eum laudat, qui tempore ſuo vivebat.

LIVERANI Franciſcus-antonius Faventinus, ex Arcadicis Lamonienſibus Paſtoribus, dictus Edelius Achelianus. Extant ejus carmina, & vulgo *Sonetti*, in pluribus collectaneis; unum quoque ad pag. xxiv. Operis SS. & BB. Magnani.

LEO Epiſcopus Faventinus Legitur in Actis Concilii Mantuani celebrati anno 824. vel 826. ab Eugenio II. Romano Pontifice aſſediſſe inter Patres ejus Synodi.

LEONELLUS Victorius. Vide Victorius Leonellus.

LEONTIUS Epiſcopus Faventinus, Sedit in Concilio Romano anni 649. quod congregavit S. Martinus I. Romanus Pontifex.

LUDOVICUS Marradienſis. Epigrammata Italica habet, quæ reconduntur in Bibliotheca Strozziana, ut aſſerit Creſcimbenius pag. 45. T. V. Vulgaris Poeſis.

LUDOVICUS de Mutiliana Faventinæ diœceſis Artium & Medicinæ Magiſter & Doctor egregius, Nuntius ſpetialiter deſtinatus fuit a Martino pp. V. ad almam Univerſitatem Heidelbergenſem anno M. CCCCXVII. anno primo ſui pontificatus. Videatur T. II. Theſauri Novi Anecd. Martene col. 1692. Alterum Ludovicum a Mutiliana reperimus, ſed non confundendum cum præcedenti. Hic enim poſtremus filius fuit Comitis Nerii a Mutiliana ex nobiliſſima familia Guidiorum & Franciſcæ; frater autem Jacobæ, uxoris Johannis de Nobilibus Montautis de Barbolanis, & Agnetis, conjugis Johannis Brancaleoni domini de Plovico, qui anno 1442. veſtem monaſticam induit in monaſterio S. Mariæ Angelorum de Florentia, tranſiit inde ad abbatiam S. Savini Piſarum, & deceſſit juxta Farullium anno 1452. vel 1455. ut vult Admiratus junior, qui ſcribit Ludovicum hoc ultimo anno ut procuratorem Comitiſſæ Jacobæ hominibus Porciani finem feciſse de dote & alimentis relictis a Comite Nerio ſeu Rainerio patre ſuo, Comitiſſæ Franciſcæ matri ſuæ, & Rainerii uxori, matri quoque Jacobæ & Agnetis ſororum ſuarum. Videatur Mannius T. V. pag. 73. *de Sigilli antichi*.

LUDOVICUS O. Servorum B. Mariæ floruit circa annum 1562. „ Hiſce temporibus, ex relatione Tonduccii in Hiſtoria „ Faventina, ajunt compilatores Annalium „ ejus Ordinis T. II. pag. 199. floruit Ludovicus de dicta civitate ex Ordine Servorum, multiplici ſcientiarum genere inſignis, rerumque gerendarum peritia preclarus; ideo pluries in Hiſpaniarum Regnum directus fuit Vicarius generalis ad „ negotia magni momenti obeunda, quæ „ feliciter obivit. “

M

MACCHIUS Johannes-baptiſta, Inter JC. Faventinos celebratur a Flaminio.

MACCHUS vel Macho frater Antonius Faventinus. „ In Gallia Togata natus, & „ Ordinem Prædicatorum amplexus, inter „ illuſtres ſacri Verbi Dei oratores laudatur „ ad annum 1444. ab Alberto Leandro in „ Deſcriptione Italiæ fol. 145., & dicitur „ edidiſse Sermones Quadrageſimales. Leandrum excipiunt Luſitanus & ſequaces, „ & addunt: Sermones de Tempore & de „ Sanctis. “ Hæc paucis verbis de Maccho Eccardius in Bibl. Script. O. Præd. T. I. pag. 795. De ipſo etiam P. Pio in Hiſtoria S. Dominici T. I. pag. 490.

MACCOLINUS Ludovicus Briſichellenſis, Archipresbyter Collegiatæ Eccleſiæ ejus loci. Concinnavit vitam & diarium Mariæ Saletti Briſichellenſis Sanctimonialis, quæ ad Sponſum evolavit anno 1624. Ex Magnano T. II. pag. 107. SS. & BB. Favent.

MACINUS Faventinus Presbyter & Rhetor. „ Eulogium Petri-nicolai Caſtellani. “ Extat ad calcem Theologiæ myſticæ ſecundum Ægyptios, quam Caſtellanus in Latinum vertit, & edidit Romæ anno 1519. ubi etiam reperitur carmen Johannis-petri Ferretti J. V. D. & Canonici Ravennatis in laudem ejuſdem operis & auctoris.

MAGNANUS Romualdus pius & doctus Sacerdos Faventinus, inter Arcades Laddacus Teledamius; Pluribus operibus illuſtravit hiſtoriam ſacram & profanam ſuæ patriæ. Anno 1733. vitam conſcripſit fratris Caroli Severoli Faventini Ordinis FF. Cappuccinorum, quam Faventiæ impreſſit. Anno 1739. relationem contexuit translationis corporis B. Jacobi-philippi Bertoni. Anno 1741. Vitas Sanctorum & Beatorum ac Venerabilium Servorum Dei urbis Faventiæ, una cum vitis SS. quatuor urbis Protectorum, & cum relatione ac deſcriptione celebriorum imaginum B. Mariæ Virginis, quæ Faventiæ venerationem habent, typis Archianis in lucem protulit; anno vero ſequenti adjecit altero volumine Vitas SS. & BB. diœceſis Faventinæ, cum brevi & diſtincta narratione proemiali terrarum & Oppidorum ejuſdem diœceſis. Genealogicam inſuper arborem confecit familiæ Frenianæ, & ſuorum Comitum Vallis-oppii, Patritiorum Faventinorum. Diſpoſuerat etiam ex authenticis documentis genealogiam alterius Faventinæ nobilis familiæ Mazzolanorum, Comitum S. Spiri. Obiit anno 1769. Ipſius carmina leguntur in variis collectionibus, & præter Academiam Philoponorum, alias illuſtravit, Philergitarum Forolivii, & Inculterum Auguſtæ Taurinorum. Partem maximam habuit in collectione Poetarum viventium, edita Faventiæ anni

annis 1723. & 1724. ſub nomine Abbatis Budrioli. Anno 1743. curavit alteram editionem carminum Gaſparis Coſtæ, oriundi e caſtro Bononienſi, poëtæ ſui amiciſſimi, in qua, præter nuncupatoriam ad Lauram Moronam Gynnaſiam, & elogium utriuſque familiæ, ad lectorem præfatur in laudem Coſtæ. Secunda pars horum carminum prodiit ſimiliter Faventiæ anno 1747. dicata Comiti Hannibali Ferniano Patricio Faventino.

MAJOLUS Johannes-baptiſta Archipresbyter Cathedralis Eccleſiæ Faventinæ. *Intreccio di Pindarico alloro agli allori guerrieri del Sereniſſimo ed invitiſſimo figlio di S. R. Maeſtà di Giovanni Subitſcki glorioſiſſimo Re di Polonia nella famoſa vittoria e liberazione di Vienna ſeguita l' anno 1683. Ode Pindarica dedicata alla ſuddetta Sereniſſima Altezza dall' Autore. In Faenza per Giuſeppe Maranti Stampatore Epiſcopale in 4.*

MAJOLUS Johannes-petrus Faventinus ex O. Servorum. Laudatur ad annum 1651. a Borſetto inter Laureatos in ſacra Theologia T. II. pag. 484.

MAJOLUS Joſeph nobilis Faventinus & Ravennas, Pontificius in Flaminia Exquæſtor. Oratione funebri honeſtatus fuit a Hieronymo Fabro Ravennate anno 1657. Vide *Fabri Hieronymus*.

MALPELUS Hieronymus alumnus Conventus Balneocaballenſis O. FF. Min. Convent. In ſcholaſtica diſciplina exercitatiſſimus, deceſſit Pariſiis anno 1502. ut ad annum 1273. Tomo IV. ſuorum Annalium pag. 385. enuntiat Lucas Wadingus.

MALPELUS Michael Legum doctor & Poeta Sec. XVI. qui die VII. julii anni 1591. defunctus eſt in ſua Balneocaballi patria, humatus in Eccleſia S. Franciſci. Leguntur aliqua ingenii ſpecimina in variis Collectionibus, carmenque adjectum ad Arithmeticam Franciſci Pagani. De eo Coletus pag. 84. in Catalogo Scriptorum &c.

MALPELUS Thomas Rector Eccleſiæ S. Michaelis Balneocaballi: Vivebat ſub finem ſeculi elapſi. In jure verſatus edidit:

Diſcorſo Apologetico, overo la nuova Parrochialità della Chieſa di S. Michele di Bagnacavallo, illuſtrata e difeſa. In Forlì per Gioſeffo Selva 1698. in fol.

„ Brevis & compendioſa informatio ſuper „ una Favent. quæ revidetur, Jurium pa„ rochialium. Forolivii 1698. in fol. “ Coletus Ibidem.

MALUSARDUS Frigdianus Balneocaballenſis Camaldulenſis monachus, & Abbas tribus vicibus monaſterii Claſſenſis. Scripſit curſum Philoſophicum. Itidem habetur ipſius. „ Diſputatio de poteſtate Abbatis Generalis „ Camald. ad præcipienda ſub mortali culpa „ ea, quæ quamvis ſint ſecundum Regulam „ & Conſtitutiones, non ſunt tamen alias „ præcepta, ſeu materia voti; ad Gregorium „ Cicolinum Piſaurenſem, Abbatem genera„ lem Camald. “ Extat ms. in Bibliotheca „ Claſſis. Obiit Frigdianus anno 1637. Facile unus ex ejus majoribus fuit Gregorius Maluſardus Epiſcopus Cæſenas, ſcriptor commentarii in Matthæum, qui diem obiit anno 1409. de quo etiam Fabritius.

MANFREDIA familia. „ Hiſtoria hujus „ celebris Familiæ, quæ dominatum obtinuit „ tribus fere ſeculis Faventinæ urbis, & „ ſubinde etiam comitatus Vallis Lamonis. “ Aſſervatur in Bibliotheca Vaticana T. VI. Inventarii ſub num. 5289. ex recenſione Bernardi Montfauconii Bibl. Bibl. T. I. pag. 119.

MANFREDUS Aſtorgius I. Dominus Faventiæ ab anno 1379. ad 1405. quo in ſuſpicionem defectionis veniens, Faventiæ capite mulctatus fuit, juſſu Balthaſſaris Coſſæ S. R. E. Cardinalis Apoſt. Sedis Legati. In Collectione Leonis Allatii pag. 67. Epigramma Italicum ipſius habetur ad annum circiter 1395. ad Francum Sacchetti, quo ei confirmat ad ſex menſes regimen & officium quoddam, quod ei contulerat. Videatur etiam Creſcimbenius pag. 196. Tom. I. & pag. 29. T. V. Vulgaris Poeſis.

IDEM „ Mandatum de relaxandis villis, „ quas ipſe poſſidebat in comitatu Imolæ an„ no 1380. “ Ext. in Mantiſſa chartarum Bononienſium, col. 632. Acceſſionum Faventinarum.

IDEM. „ Concordia inter ipſum, & ma„ gnificum Commune Bononiæ, ſuper reſti„ tutione Caſtelli Solaroli dicto Communi, „ & illuſtri Johanni Bentivolo Bononiæ Do„ mino, anno 1401. “ Ibidem col. 633.

IDEM. „ Petitiones contra Dominos de „ Polenta 1404. “ Ibidem col. 644.

MANFREDUS Aſtorgius II. Faventiæ Princeps ab anno 1447. ad 1468. „ Decretum „ anni 1453. circa officiales cuſtodiæ urbis „ Faventiæ. “ Ibidem col. 490. Habetur ad ipſum Hortatoria epiſtola Timothei Canonici regularis Veronenſis ad ſumenda arma adverſus Turcas; quæ incipit: „ Adjurarem & „ te animoſiſſime Euſtorgi Manfrede &c. “ apud Clementinium ad annum 1453. Videatur & Tonduccius pag. 496.

MANFREDUS Aſtorgius III. qui dominatus fuit ab anno 1488. fuitque poſtremus Faventiæ dominus. Is, ſpei magnæ adoleſcens, redactus in poteſtatem Valentini ducis Borgiæ, quartodecimo ſuæ ætatis anno, Romamque perductus, una cum fratre crudeliter necatus eſt, & in Tyberim projectus anno 1501. „ Statutum circa officiales cu„ ſtodiæ urbis Faventiæ, excogitatum qui„ dem olim, & traditum per illuſtriſſimum „ Faventiæ Dominum Johannem-galeatium „ de Manfredis ejus proavum, ſed cum ve„ tus illud exemplar caducis atque ſeneſcen„ tibus literis ita ſordidum & lacerum eſ„ ſet, ut nullus propemodum ſenſus hauriri „ poſſet, magnificorum novorum præfectorum „ opera recentibus literis fuit renovatum, „ quorum triumvirorum nomina hæc ſunt: „ D. Bartholomæus Paxius raræ prudentiæ, „ ſenilis gravitatis, inſignis nobilitatis vir, „ tum clarus Juriſconſultus, tum Eques au„ ratus magnificus; Philippus item e Bajo-

„ lina

,, lina domo generoſa natus, vir quidem ,, ſuo, & D. Gregorii olim patris ſui ſplen- ,, didiſſimi Equitis aurati & Juriſconſulti, ,, magno ſplendore majorumque ſuorum au- ,, ctoritate conſpicuus; nec non Uguccio ex ,, Feneiolis familia in urbe tum veteri, tum ,, & non ignobili, qui & ipſe vir eſt prin ,, cipum negotiis, & uſibus reipublicæ ido- ,, neus atque perutilis. Accedit his triumvi- ,, ris ſcriba & notarius ſer Johannes Zuchu- ,, lus vir quoque non vulgaris, & ingenii ,, bonitate, & familiæ titulis decorus. Ini- ,, verunt triumviratum anno a natali Chri- ,, ſtiano M. cccc. LXXXXII. Kalendis janua ,, rii. "

IDEM. ,, Decretum ad reprimendas me- ,, retrices, ordinatum & factum, tempore ,, nobiliorum & generoſiorum virorum, do- ,, mini Vandini eximii doctoris & militis au- ,, rati, & ſer Paduani de Seguritis, & ſer ,, Jacobi Cittadini de Cittadinis anno 1497. " Ext. in Acceſs. Fav. col. 792.

IDEM. ,, Epiſtola ad Gabrielem Caldero- ,, nium Oratorem ſuum in Urbe; " atque ipſius ,, Calderonii inſtrumentum de cenſu ,, ſolvendo Cameræ Apoſtolicæ pro dicto Do- ,, mino ſuo Aſtorgio III. " Ext. apud Tonduccium pag. 550.

Magiſter Aſtorgii III. fuit Sebaſtianus Zacharias Canonicus Faventinus. Ejuſdem Aſtorgii numiſma illuſtravit amiciſſimus noſter Guido Zannettius Bononienſis, Antiquariæ rei & nummariæ valde peritus, dicavitque diſſertationem ſuam Jacobo Zaulio nobiliſſimo Comiti Faventino anno 1768.

MANFREDUS Carolus, filius Aſtorgii II. Princeps ab anno 1468. ad 1477. quo una cum Friderico Epiſcopo fratre pulſus fuit ab urbe & a dominio Faventino. Tonduccius pag. 21. refert inſcriptionem illi poſitam ſuper xyſtum publici palatii: ,, Quam cernis auro ,, nitentem plurimo porticum, Karolus ſe- ,, cundus Manfredus ad patriæ ornamentum ,, conſtruxit. " Cum tamen Carolus totam porticum non potuiſſet perficere, ea abſoluta fuit anno 1614. ,, Regiam Palatinæ porticus ,, ſtructuram a Karolo II. Manfredo olim ,, Faventiæ Regulo ad celeberrimæ Athena- ,, rum Poeciles æmulationem inchoatam, re- ,, rum ac temporum viciſſitudine interruptam, ,, Dominicus Rivarola S. R. E. Cardinalis ,, Æmiliæ Legatus, de patriæ noſtræ ſplen- ,, dore ſollicitus Princeps, perficiendam cu- ,, ravit anno D. M. DC. XIV. Antiani ex S. C. " Leguntur pariter in eodem loco ſequentes verſus:

,, Karolus hanc ſpeculam Manfreda a
,, gente ſecundus
,, Erexit laudis pignora clara ſuæ.
,, Martis ut hinc feſti ludo ſimulacra-
,, que pugnæ
,, Deſpectet populus, cunctaque geſta
,, fori.

MANFREDUS Franciſcus de Faventia. Reponitur inter Scholares Studii Bononienſis ad annum 1291. apud Sartium pag. 249. in Appendice ex Codicibus Memorialium archivi publici Bononienſis. Franciſcus primus fuit, qui libere tyrannidem ſive dominatum obtinuit in urbe Faventina initio Seculi XIV. & defunctus eſt anno 1343.

MANFREDUS Fridericus Aſtorgii II. filius, Caroli, Galeotti &c. frater, creatus Epiſcopus patriæ anno 1469. ,, Epiſtola ad ,, Galeottum fratrem Principem Faventinum; " qua ei mittit opuſculum Ambroſii Abbatis generalis Camaldulenſis de Sacerdotio Chriſti. Typis impreſſa poſtea fuit ea epiſtola una cum dicto Opuſculo eodem ſeculo XV. Bononiæ, anno ſcilicet 1496. per Hugonem de Rugeriis ſub die XIII. madii in 4. appoſito titulo: ,, De Sacerdotio D. N. J. C. per ſan- ,, ctum virum Ambroſium Camaldulenſium ,, Generalem patrem. "

MANFREDUS Galeottus, pulſo Carolo fratre, Faventiæ declaratus Princeps ab anno 1477. ad 1488. ,, Regeſtum epiſtolarum. " Hoc reperiebatur olim apud Azzurinios Comites, teſtimonio Tonduccii, quarum etiam plures ipſe per extenſum inſerit Hiſtoriæ ſuæ Faventinæ, illas ſcilicet ad Oratores Lighæ, ad Ducem Mediolani annis 1482. & 1483. ad Andream Recuperatum procuratorem ſuum anno 1480. pag. 520. 524. 525.

IDEM. ,, Decretum circa Officiales cuſto- ,, diæ urbis. " Ext. in Acceſs. Favent. col. 794.

Sub fornice contiguo teſtudini templi majoris Faventiæ ad annum 1477. legitur: ,, Regnante Galeotto de Manfredis Faventiæ ,, Domino. " Continuavit nimirum ædificium Cathedralis Eccleſiæ, inceptum a Friderico Epiſcopo ejus fratre. Fridericus Galeottum fratrem in epiſtola ſupradicta multis nominibus laudat: ,, Quis enim, inquit, vel alie- ,, niſſimus non vehementer admiretur, & ,, amet ingenium illud tuum agile, atque ,, profecto aureum ad omnem virtutis ſpe- ,, ciem aptiſſimum? Nam ut modulandi, ,, militandi, delicatiorisque Muſæ peritiam ,, omittam, dici non poteſt, quantum mihi ,, placeat, quod tanquam religioſiſsimus prin- ,, ceps ſacrarum quoque literarum lectione ,, delecteris, quæ ſectatores ſuos æternos at- ,, que immortales reddunt. Neque poſſum ,, tanta ſuavitate, tanta fragrantia virtutum ,, non dulciter affici, quod familiam noſtram ,, tam honeſtiſsimis ornes titulis &c. Studio diſcendi percitus Galeottus ornatiſsimam librorum ſtruem ſibi comparaverat. Audiatur etiam elogium, quod illius texuit Johannes-antonius Flaminius. ,, Non tamen inferior ,, virtute armorum, & aliis dotibus inſignis ,, Galeottus extitit, literis etiam præditus, ,, & literatorum hominum mirificus fautor ,, & cultor. Hic pulcherrimam & pretioſiſ- ,, ſimam habuit Bibliothecam librorum miri- ,, fice ornatorum &c. " Divendita hæc poſtea fuit, curante præſertim Bartholommeo Fontio, Oratori Mathiæ inviſtiſsimi Hungariæ Regis. Quod literatis faverit, colligitur ex amicitia, quam cum ipſis habuit. Extat ad ipſum Angeli Policiani diſtichon in libro Epigrammatum ipſius. Ad Galeottum Faventinorum Principem Antonius Conſtantius de Fano epiſtolam ex ea urbe dedit de Camelopardali anno 1487. ex qua plura ex-

ſcripſit Samuel Bochartus libro III. ſui Hierozoici cap. 21. „ Infelicem tamen exitum, „ ſubdit Flaminius, Galeottus ſortitus eſt, „ ſiquidem a domeſticis ſuis, odio & fraude, ut creditum eſt, Franciſcæ uxoris „ ſuæ, Johannis Bentivoli ſecundi filiæ, ut „ neſcio quas ulciſceretur injurias, peremptus „ eſt, “ cujus miſerabilem & violentum obitum deſcripſit Alexander Zuccolus in epiſtola ad Gregorium filium, & carmine deflevit Marcus-antonius Aldagatus Mantuanus vates, quod ex codice noſtro num. 1130. aliquando, ſi per vitam licebit, in lucem edemus, cum MSS. Codd. noſtres illuſtrabimus.

MANFREDUS Johannes-galeatius Aſtorgii I. filius. Condidit Statuta municipalia terræ Braſighellæ & diſtrictus Vallis-Lamonis, quorum initium profert Tonduccius pag. 463. nimirum: „ Levavi oculos meos in montes, „ unde veniet auxilium mihi. Quibus verbis „ ego Johannes Galeaz de Manfredis, genitus olim bonæ memoriæ magnifici domini „ Aſtorgii q. domini Johannis, domini Rizardi, primævus Apoſtolicus Comes, vos „ Hamonicos colles & collium vallem convenio prædilectam, quos mei ſuggeſtione „ ſagena ætherei piſcatoris a veſtra quondam „ genitrice ſecrevit, tanquam pullulans late „ germen „ &c. “ Condita fuere hæc Statuta a Johanne galeatio anno 1410.

IDEM. „ Statuta urbis Faventiæ. “ Formata quidem fuere eodem anno 1410. ſed nondum approbata; ea dumtaxat anno 1414. confirmavit Gregorius papa XII. cum ei Vicariatum contulit. Proemium horum Statutorum civitatis Faventiæ eſt iſtud, „ Rubrica „ prima. Legum ſanctio Juriſconſultorum & „ Principum voluminibus per digeſta mortalium actus dirigens &c. “ Apud Tonduccium pag. 468.

IDEM. „ Epiſtola ad Cardinalem de Fliſco. Apud eumdem pag. 464.

MARADIUS Cajetanus Canonicus & Patritius Faventinus. *Compendio della Rettorica, nella quale ſi dà nuovo, facile ed utiliſſimo metodo d' inſegnare l' arte Oratoria, e nel quale ſi ritrovano raccolti e compilati i più principali e i più prattici inſegnamenti di queſt' arte, dato alle ſtampe per uſo delle ſcuole. Trattati ancora dell' Invenzione e della Diſpoſizione. In Faenza preſſo l' Archi 1737.* Compendium hocce elucubravit Johannes-angelus Serra Patritius Cæſenas, Ordinem fratrum Cappuccinorum profeſſus. Maradii vero eſt epiſtola nuncupatoria ad Franciſcum Cardinalem Barberinum, & ſimul præfatio ad Lectorem in Serræ auctoris opus.

MARADIUS Vincentius Patritius Faventinus. Reſolutiones forenſes Antonii Gabrielis Calderonii Faventini, abſente earum auctore, qui tunc erat Rotæ Auditor in urbe Januenſi, edidit Bononiæ anno 1709. præmiſſa quoque epiſtola, in qua differit de nobilitate & antiquitate familiæ Calderoniæ, & de laudibus potiſſimum Antonii Gabrielis, adjectis pariter ſummariis & indicibus neceſſariis. Subjicimus integrum titulum, quem Maradius fecit Calderonii libro, „ Antonii „ Gabrielis Calderonii JC. Faventini, inter „ Patricios ex XII. viris Prioribus & ſancti „ Officii Conſultoris, olim Arimini, Foroli„ vii, Cæſenæ ac Imolæ Gubernatoris, in „ Legatione Æmiliæ, in Rota Lucenſi, Ferrarienſi, nunc vero Januenſi Auditoris. „ Reſolutiones forenſes, S. Rotæ Romanæ „ Deciſionibus exornatæ, in quibus celebres „ quæſtiones canonicæ, civiles & criminales, quæ in forenſibus tribunalibus plurimum occurrunt, facili methodo diſceptan-
A „ tur & reſolvuntur. Tomi duo in folio SS. „ D. N. D. Clementi XI. dicati. Bononiæ typis HH. Petri-Mariæ Monti M. D. CCIX. “

MARCHESIUS Albertus a Cotiniola. „ Inter Minores Obſervantiæ eximius divinæ „ ſcientiæ lector & religioſæ magiſter perfectionis edidit: Cœliloquium morale altiſſima eruditione plenum, & die decima junii anni 1531. migravit ad ſuperos: “ Arturus in Martyrologio ſub die decima junii; Exſcribit Arturum Marcheſius in Monum. Vir. Ill. pag. 38. Borſettus etiam T.
B II. pag. 370. de eo verba facit. Poſſevinus T. I. Appar. Sacr. pag. 33. opus Alberti appellat Colloquium morale, ſed falſo titulo, citatque Henricum Villotium in Athenis Sodalitii Franciſcani. Magnanus T. II. pag. 40. Cœliloquium editum Bononiæ anno 1529. per Johannem-baptiſtam Faelli ſcribit. Quare recte Albertus Fabritius in Bibl. Med. & Inf. Ætatis T. I. pag. 47. „ Albertus Marcheſius, ait, Cotiniolæ in Æmilia natus, „ & anno 1531. defunctus a Poſſevino traditur ſcripſiſſe Colloquium morale, aliis „ Centiloquium, rectius Cœliloquium libris
C „ VIII. diſtinctum. Prodiit Bononiæ 1529. “ Licet autem communiter hæc editio ut prima afferatur, vidimus tamen alteram anteriorem editionem factam Imolæ anno 1527. in 4. quam & habemus.

Ut aliqua de hoc Marcheſii opere dicamus, præcedit fratris Jacobi Regienſis Ord. Min. Reg. Obſerv. epiſtola data ex urbe Imolæ Calendis Quinctilibus anni 1527. ad eumdem, qua ipſum hortatur, ut opus multo ſudore elucubratum in lucem venire ſinat. Sequitur epiſtola altera ejuſdem Jacobi ad lectorem, tum duplex prologus, qui eſt Mar-
D cheſi. Succedit decaſticon fratris Franciſci de Caſtrocaro provinciæ Bononiæ, auctoris diſcipuli. Demum titulus Operis eſt ſequens: „ Celiloquium morale P. fratris Alberti Marcheſii ex Sichis de Cotignola O. Min. de „ Obſerv. Regul. S. Theologiæ ac Artium „ Lectoris peritiſsimi. “ Et ad calcem: “ Explicit Celiloquium morale D. fratris Alberti filii Benedicti Marcheſii de Cotignola O. Minorum de Obſerv. Artium ac S. „ Theologiæ doctoris ſive lectoris peritiſsimi. „ Impreſſum Bononiæ in Ædibus Johannis-baptiſtæ de Phaellis Bononienſis die 20. Maji
E „ 1529. “ Ex quibus in notitiam venimus familiam ipſius fuiſſe de Sichis, patremque Alberti fuiſse Benedictum.

Poſtea habetur carmen ipſius auctoris.

„ Quiſquis es, o lector, noſtro tu parce „ labori;
„ Quæ ſunt dicta modo, dicta fuere prius.
„ Et quæcumque meo parvo ſunt ſcripta libello

„ Ut

„ Ut mea non mea ſunt, ſic tua non tua' ſunt.

Tractat autem in ſuo libro De Cœlo ſuper cœleſti, de Cœlo empireo, de Aſtrologia, de Cœlo novo, quod & Chryſtallinum dicitur, de Cœlo ſtellato, de duodecim ſignis zodiaci, de Planetis. De iis omnibus autem moraliter, ſumptis argumentis ab Aſtrologia vel Aſtronomia.

MARCHESIUS Georgius-Virianus Bonaccurſius Patricius Foro-livienſis & Faventinus, Eques Ordinis S. Stephani. Ipſius opera, quæ lucem viderunt, ſunt ſequentia.

„ Compendium hiſtoricum civitatis Foro- „ livii; " opus inſertum etiam theſauro Antiquitatum Italiæ Tomo IX. P. VIII. dicatum a Georgio ampliſſimis & clariſſimis viris Conſervatoribus & Conſiliariis Senatus Foro-livienſis Kalendis auguſti anni 1722. Præcedit epiſtola ejuſdem Marcheſii celebri viro D. Petro Wander-Aa, idibus octobris ejuſdem anni, aliaque ad eumdem Kalendis januarii 1723. Titulus eſt. Georgii Marcheſii Equitis „ Foro-livii civitatis celeberrimæ compendium „ hiſtoricum, in quo conditores, reſtauratores, vices bellorum & temporum, fines, „ incolarum indoles, ſitus, ager, fluvii, „ ædificia ſacra & profana, atque ejuſdem civitatis Epiſcopi proponuntur. Lugduni Ba- „ tavorum ſumptibus Petri Vander-Aa. "

IDEM. „ Vitæ Virorum illuſtrium Foro- „ livienſium. Forolivii 1726. "

IDEM. „ Monumenta Virorum illuſtrium „ Galliæ Togatæ. Forolivii 1727. "

IDEM. *La Galeria dell' onore, ove ſono deſcritte le ſegnalate memorie del ſagro Ordine militare di S. Steffano P. e M. In Forlì 1735. Parti due in foglio.*

IDEM. *Memorie Storiche dell' antica ed inſigne Academia de Filergiti della Città di Forlì. In Forlì 1741. in 4.*

IDEM. *Antichità ed Eccellenza del Protonoriato Apoſtolico Partecipante, colle più ſcielte notizie de Santi, Sommi Ponteſici, Cardinali e Prelati, che ne ſono ſtati inſigniti ſino al preſente. In Faenza pel Benedetti Impreſſore Veſcovile 1751.*

Præterea: „ Equitis Bajulivi Georgii Vi- „ viani Marcheſii Bonaccurſii patritii Foro- „ livienſis & Faventini Eclogæ & Elegiæ. „ Forolivii 1743. in 4. " Demum ipſius Marcheſii eſt: *Lettera al P. N. N. in cui ſi ſcuoprono alcuni errori, che ſi ritrovano nelle Addizioni all' Italia Sacra di Ferdinando Ughelli intorno alla perſona di Monſignore Bernardino Marcheſi Veſcovo di Sarſina;* In Tomo XIII. Collectionis Calogerianæ Opuſculorum &c.

MARCHESIUS Hieronymus a Cotiniola. Inſignis pictor, qui circa annum 1480. florebat, ac Neapoli ac Bononiæ, Piſauri quoque multa penicillo expreſſit egregie. Borſettus T. II. pag. 451. citatis Vaſario P. III. Vol. I. in vita Bartholomæi Balneocaballenſis, & Malvaſia P. II. Felſinæ Pictricis, & Orlandio in Abecedario Pictorico. Bonolus pag. 102. Hiſtoriæ Cotiniolenſis addit Hieronymo etiam Marcheſium alterum egregium

Pictorem, quem laudatum aſſerit a Hieronymo Fabrio.

MARCHESINUS Nicolaus Presbyter Faventinus. In Bibliotheca Laurentio-medicea pluteo XVIII. apud Montfauc. Bibl. Bibl. pag. 281. extat codex qui profert hunc titulum: „ S. Gregorii Moralium in Job pars „ prima & pars ſecunda. " Ad calcem legitur: „ Nicolaus Marcheſinus presbyter Fa-
A „ ventinus ſcripſit. " Licet Nicolaum calligraphum dumtaxat & amanuenſem fuiſſe arbitremur, ipſius tamen memoriam vel ſaltem ſuſcitare non piget.

MARCIANUS Johannes-baptiſta. Locum habet inter Juriſconſultos Faventinos productos ab Johanne-antonio Flaminio.

MARCUS Faventinus pictor. Floruit Seculo XVI. Mentionem honorificam ipſius facit Philippus Bonannus S. J. in Templi Vaticani hiſtoria pagg. 226. & 227. his verbis: „ Porticus delineata a Raphaele Urbinate ſub
B „ Leone X. Illius fornices variis picturis „ exornarunt cum ipſo Raphaele multi Pi- „ ctores præclari, qui ea ætate, quam auream vocavit Vaſarius, floruerunt, inter „ quos Johannes-franciſcus, vulgo *il Fattore*, illius diſcipulus, Julius quoque Romanus, Marcus Faventinus, qui volucres, „ animalia ceteraſque icunculas expreſſit, „ quales viderat in ruderibus palatii Titi „ Imperatoris prope templum Divi Petri ad „ Vincula detecti. " Et agens de Aula, quam Ducum appellant: „ Hanc, idem ſubdit, Gregorius XIII. cum proximis cubiculis
C „ picturis exornari juſſit. In illis zonas depinxerunt Raphael Regienſis, Marcus Faventinus, Johannes-baptiſta Picenus & Paris Romanus. " Videtur Marcus diſcipulus fuiſſe Raphaelis Urbinatis, cujus autem familiæ, nobis ignotum.

MARESCOTTUS Bartholomæus. *Li ſette Salmi Penitenziali del Santiſſimo Poeta Davitte, dichiarati in lingua volgare.* Incipiunt: *A grandiſſima ragione &c.* Aſſervantur in Bibliotheca MSS. Thomæ Farſetii cultiſsimi & nobiliſsimi Veneti Patricii in Codice I. ex
D numero Codicum linguæ Italicæ; quorum codicum illuſtrator putat opus hocce ineditum, atque ſcriptum a Mareſcotto circa medietatem Seculi XVI. Reipſa vero Bartholomæus Mareſcottus fuit ab Epiſcopo Faventino, Johanne-baptiſta Seghicello, cui ipſe ſubjiciebatur, quia Mariſcotta gens erat ab oppido Maradii, deputatus ad proferendam orationem in Synodo Faventina anni 1565. de *Utilitate Concilii Tridentini*; quæ oratio impreſſa fuit Florentiæ in 4. eodem anno apud Junctas, & a ſuo auctore dicata fuit Silvano Raćtio itidem Maradienſi, monacho Camaldulenſi.
E Mareſcottorum tamen familia reperitur etiam inter Faventinas jam inde ab anno 1195. & facile ex Faventia tranſmigraverit Maradium.

MARESCOTTUS Johannes-antonius. Cum laude recenſetur a Flaminio inter præſtantes urbis Faventinæ Juriſconſultos.

MARSILIUS Antonius Doctor & Medicus in oppido Briſichellenſi. *Riſpoſta a quanto ſi*

contiene nella lettera del Cavalier Saguntino, ſtampata in Peſaro nell' anno 1756. e diretta ſotto ammanto di difeſa allo ſteſſo Marſili. In Faenza pel Ballanti impreſſore del Santo Uſizio. Refertur in Notitiis Literariis Lamii anni 1757. ad pag. 518. & in aliis Monumentis, ſive *Memorie per ſervire alla Storia Letteraria.*

MARTINUS Canonicus & Magiſter Faventinus. Nominatur in tabulario Capitulari Canonicorum ad annum 1228. quo commiſſa ipſi fuit a Gregorio pp. IX. cauſa inter Thedericum Archiepiſcopum Ravennatem, & inter Monaſterium S. Adalberti in Pereo. Vide Annales Camald. T. IV. pag. 339. ad annum 1237.

MARTINUS alter Magiſter, S. Rentii, hoc eſt Terentii eccleſiæ Faventinæ Capellanus. Nominatur in eodem Canonicorum Faventinorum archivo ad annum 1203.

MARTIUS Vitalis monachus Camaldulenſis ex Faventia. Sub ejus nomine prodiere plura ſcripta contra Quæſtiones Vallumbroſanas Fidelis Soldanii; re tamen vera auctor eorum operum fuit Guido Grandius Abbas Camaldulenſis, dum Viſitatoris officio fungebatur per eos annos in urbe Faventina.

MARZARIUS Lælius. Ipſum memorat Franchinus in ſua Biblioſophia inter illuſtres concellitas conventus Faventini O. FF. Min. Convent. quem inſuper fuiſſe Theologum cujuſdam Nuntii Apoſtolici in Regno Poloniæ, & deceſsiſse anno 1618. ſcribit.

MASOTTI Dominicus Faventinus, actualis lector Chirurgiæ, & Lithotomiæ magiſter in regio hoſpitali S. Mariæ-novæ de Florentia & penes Magnum Ethruriæ Ducem. *La Litotomia delle Donne perfezionata. In Faenza 1764. in 4. con figure in Rame preſſo l' Archi.* Præcedunt binæ atteſtationes regiæ Chirurgicæ Academiæ Pariſienſis, cujus judicio opus ſuum, antequam ederet, ſuppoſuit Maſottus. Sequitur nuncupatoria epiſtola viro nobili, & Equiti ordinis S. Michaelis Morandio, membro Academiæ regalis Scientiarum ſocietatis Londinenſis; inde monitum ad lectorem. Anno 1756. Florentiæ vulgaverat epiſtolam de eadem operatione in mulieribus; abſque neceſſitate inciſionis; in hoc vero opere objectiones omnes ſolvit, & perfectionem inſtrumentorum ad eam peragendam declarat, additis felicibus experimentis a ſe tentatis. De hoc Maſotti opere dignum elogium legitur in novo Diario Literatorum Italiæ ſub num. XLII. articulo XIV. Laterali autem inciſione utitur pro extrahendo lapide in maſculis. Alia plura invenit & edidit vel parata habet ad perfectionem artis ſuæ egregius vir, ut recenter edidit: *Diſſertazione ſull' Aneuriſma del Poplite ec.*

MATTHÆUS Canonicus Subdiaconus eccleſiæ Faventinæ & Magiſter. Recenſetur ad annos 1237. & 1247. in chartis Canonicorum ejuſdem eccleſiæ.

MATTHÆUS Eſchinus a Spoleto O. S. Auguſtini. Fuit Epiſcopus Faventinus ab anno 1300. ad 1311.

MAURITIUS ex familia Morrona Faventina Abbas Camaldulenſis ex profeſſione Monaſterii Claſſenſis. „ Synodus ab ipſo celebrata anno 1583. ad Fractas. “ Ditio hæc appellabatur ditio Ravenniana in territorio Faventi, & pertinebat ad Abbatiam Claſſenſem, cum jure civili & criminali, ac cum poteſtate congregandi ſynodos. Extat in archivo S. Romualdi de Urbe, & in altero Claſſenſi.

MELLIUS Marcus-antonius Faventinus, Medicinæ & Philoſophiæ Doctor. „ Pohimation, ſive Tractatus Medico-phyſicus de Terræmotu Æmiliano anni 1688. Foro-livii anno 1701. “ Dicatus eſt a Mellio Fabritio Cardinali Spadæ. Cinellius *nella Scanzia* XIV. Ferrariæ editum typis Collegii S. Nicolai in 12. anno 1693. aſſerit, dicatamque Epitrepticam orationem ſcribit Coſmo II. (dic III.) Magno Ethruriæ Duci VI. ſed Peregrinus Dandi in magno Literatorum Diario Foroliviensi refert ad annum 1701. Johannes-baptiſta Borſierius hoc opus citat in tractatu: *Delle Acque di S. Criſtoforo pag. 23.* Stylus Mellii Latino-barbarus eſt, & cum indignatione legitur.

MEMORIA *intorno agli ultimi ſucceſſi del Vajuolo inneſtato particolarmente in Toſcana, pubblicata dal Dottor Vincenzo Baccarini da Faenza Medico alla Barbara; aggiuntovi l' eſame di alcune rifleſſioni ſopra l' inoculazione non ha molto pubblicate da Monſieur Raſt Medico a Lione. In Faenza 1765. Pel Martini &c.* Heic loci referimus hanc Vincentii Baccarini Faventini memoriam, quæ nos fugit ad literam B. Baccarinus eam dicat primario Magiſtratui urbis Faventiæ præteriti anni, & poſt exactas relationes Doctoris Johannis Targioni Tozzettii, nec non Doctoris Xaverii Manetti præceptoris ſui, patrocinatur inſitioni, invehens in eos, qui mordicus ſententiam contrariam tuentur, improbantque inoculationem.

MENGUS, ſeu Mingus Blanchellus. Vide *Blanchellus Mengus.*

MICHELINI Petrus de Tredotio J. V. D. Affertur a Borſetto pag. 155. T. II. Gymnaſii Ferrar. ex Rotulo in Memoriali anni 1541.

MILCETIUS Donatus Faventinus, monachus Camaldulenſis. Variorum Operum tum editorum tum manu-ſcriptorum eſt auctor, quæ tam ſub nomine Donati, quam ſub altero Johannis-mariæ nomine, quod in ſeculo gerebat, compoſuit. Syllabum utrumque ipſorum ſubjicimus.

Della Libera neceſſità. Paradoſſo Accademico all' illuſtriſſimo e reverendiſſimo Monſignore Zeno Veſcovo di Torcello. In Venezia per Giacomo Sarzina 1638. in 4.

Ode Panegirica e Sagra ſopra la vita e morte della beata e glorioſiſſima ſuor Maddalena de Pazzi Fiorentina monaca Carmelitana. In Venezia 1669. preſſo Aleſſandro Zatta in 4.

Argomento e riſtretto dell' Erminia in Antiochia. Muſicale Dramma del Signor Giovanni-maria Milcetti, da eſſer in Muſica rappreſentato in Murano nel preſente carnevale dell' anno

anno 1657. In Venezia per Camillo Bortoli 1657. in 4.

Lettere di vario ſtile. In Ravenna per Pietro de Paoli 1652.

La Clio. Poeſie. In Padova per Giambattiſta Paſquati 1662.

Ruth Moabitide. Dramma ſagro. In Padova per Giacomo Cadorini 1670.

Lettere di antichi Eroi. In Padova per lo ſteſſo 1670.

In Bibliotheca noſtrorum mſs. Codicum cetera habemus hujus ſcriptoris; nimirum.

Lettere dall' anno 1643. al 1656. dall' anno 1656. all' anno 1660., dal 1660. all' anno 1666. dall' anno 1666. al 1673. Tomi quatro in foglio in Codicibus 526. 527. 528. 529.

Tragedie e Drammi: La Cleopatra, Ergindo, il Cavaliere Deſterrado, Raggiro di fortuna, e di amore, L' ombra placata paſtorale dramma di Filopono Emoli Lamoneſe; ſub quo nomine ſe occultavit. *Il Limbo afflitto per la Paſſione di N. S. J. C. L' ira ultrice di Cinthia offeſa. La pietoſa Eſoriſba. Il Fato. Theuperomachia.* In Codicibus 524. & 560.

Lettere di vario ſtile, e di antichi eroi con la cronologia pontificia. In Codice 523.

Diſcorſi per Santi. In Codice 559.

Prediche per l' anno 1654. Codex ſpiſſus in 4. ſub num. 561.

Rime volgari. Codex 562.

Il Brittano, o ſiano le ſagre geſta di S. Maglorio Veſcovo di Dol, con lettere e diſcorſi. Codex 563.

Dodici Generali Camaldoleſi. Codex 563.

Volgarizzamento dei primi dieci libri della Città di Dio di S. Agoſtino. Codex 522.

Quareſimale ms. Extat in Bibliotheca S. Mariæ-angelorum de Florentia.

Traditur Milcettium inſtituiſſe in literis celebrem Helenam Corneliam Epiſcopiam nobiliſſimam Virginem Venetam. Plures ipſe linguas callebat. Toto vitæ ſuæ tempore ſcripſit, Apolline tamen, Minerva, Muſiſque invitis atque repugnantibus. Poſt mortem Severi Seneſii Vangaticienſis monachi Hiſtoriam Camaldulenſem ad annum uſque 1661. proſequutus eſt, Severum in multis emendavit, ſed uterque optimæ voluntatis, at non ingenii apti, licet ambo de re Camaldulenſi meritiſſimi. Obiit Milcettius anno 1674.

MILCETTIUS Hiacynthus, patruelis Donati mox dicti. „ Oratio Latina in honorem „ S. Thomæ Aquinatis recitata in eccleſia „ S. Auguſtini Faventiæ anno 1635. „. Laudatur ab eodem Donato epiſtola xx. inter illas varii Styli pag. 31.

MILCETTIUS Paulus-antonius. Inter celebres Medicos Faventiæ reponitur a Flaminio in epiſtola de Laudibus hujus urbis. Donatus tamen noſter binos Paulos-antonios Milcettios notiſſimæ famæ diſtinguit. Extat ipſius ſepulcralis inſcriptio in eccleſia Faventina S. Auguſtini in hæc verba. „ Paulo-antonio „ Philoſopho ac Medico excellentiſſimo, qui „ ob ſingularem ejus in omni genere doctrinam & multas tam privatorum hominum „ quam Reipublicæ ſublatas ægritudines, tota patria, nedum Milcetta familia claruit, „ Petrus Paulus non ignarus quid paternæ „ virtuti debeatur, poſuit M.D.LVIII. Jacobus Petrarius Pictor Ferrarienſis. “ Schraderus ipſam inſcriptionem refert pag. 405. Monumentorum Italiæ; ſed pro Paulo-antonio habet Paulo-anio.

MILCETTIUS Petrus-paulus Medicus præſtans. Vivebat ætate ejuſdem Donati, de quo mentionem facit in ſuis epiſtolis; in quibus etiam ex Faventinis laudat Jacobum Badium, Virgilium Rondinini, Johannem-baptiſtam Catolum, Johannem Zarattinum Caſtellinium, Robertum Ceninum ſuo tempore viventes. Epiſtola vero xxIII. pag. 108. ad annum 1652. celebrat nomen Terentii Laderchii, a quo ſcribit ſe noticias requiſiviſſe pro concinnanda Hiſtoria Faventina, cujus compilandæ onus ſuſceperat, cujuſque epilogum animo conceperat. Inter ſchedas tamen ipſius nil reperimus, quod illuſtret Faventinam Hiſtoriam.

MILCETTIUS Vincentius ſive Melcettius ad annum 1598. Profertur a Borſetto T. II. Gymnaſii Ferrarienſis pag. 482. inter Laureatos in Sacra Theologia.

MINUS Magiſter Scriptor de Faventia notarius, facile calligraphus. Nominatur in pagina anni 1380. tabularii Azzurinii Sacc. VII. occaſione Franciſci Bertuccii olim Magiſtri Mini Scriptoris, quare Minus ante eum annum vixerat, jamque defunctus fuerat. Cum tamen præter titulum Scriptoris, alio decoretur Magiſtri, facile, præter peritiam elegantiamque ſcribendi, pollebat in aliqua ſcientifica facultate.

MIRABINUS vel Mirabilius Angelus Faventinus ex O. FF. Prædicatorum. Totius dominii Ducis Ferrarienſis generalis Inquiſitor fuit anno 1578. Id habet Borſettus T. II. pag. 479. Sed Jacobus Eccardius T. II. Script. O. FF. Prædicat. pag. 296. ad annum 1590. ſequentia addit de Mirabino: „ Frater Angelus Mirabinus Italus Faventinus „ anno circiter M.D.XC. Inquiſitorem generalem agebat Venetiis, teſte Ractio pag. „ 314. a quo etiam laudatur, ceu vir doctiſſimus atque humaniſſimus, ſibique notus. Hunc Rovetta etiam inter Scriptores „ recenſet ad annum 1583. nullo teſte adhibito, hæcque ab eo relicta opera ſcribit, „ ubi ſerventur, vel impreſſa, vel manuſcripta, non indicans, de quibus penes eum „ fides.

„ Tractatus rerum ſui temporis memorabilium. “

„ Commentarium ſuper librum Ariſtotelis „ de Anima. “

MONIUS Honuphrius Canonicus Faventinus Seculi xvi. „ Epiſtolæ ad Julium Caſtellanium Canonicum Faventinum. “ Reperiuntur inter illas Caſtellanii, quarum editionem ipſe procuravit Bononiæ anno 1575. Monii epiſtolæ Latinitatem elegantem ſapiunt.

MONSIGNANI Angelica-Thereſia Foro-livienſis, Sanctimonialis O. S. Dominici in parthenone S. Franciſcæ Romanæ in Briſichella. Non alia ratione ejus nomen inſerimus huic catalogo, niſi quia impulſu ſui confeſſarii ſcripſit vitam ſuam, quam ſcriptionem inter-

intermittere coacta fuit ob ſupervenientem cæcitatem, ut fatetur P. Antonius Bombarda S. J. in vita, quam ipſius Angelicæ conſcripſit, & edidit Foro-livii anno 1742. dicavitque Nicolao-mariæ Lomellino Epiſcopo Faventino. Nata Forolivii anno 1657. obiit ſeptuageſimo & octavo anno ætatis ſuæ, Chriſti 1735. quinquageſimo quinto religionis, quam auſpicata fuerat anno 1680.

MONTANARIUS Apollinaris monachus Camaldulenſis in Claſſe Ravennæ, Balneocaballenſis. Cum Lector eſſet in monaſterio Claſſenſi publici Studii ejus loci edidit.

Secondo diſcorſo accademico ſul Problema, che lo ſchiaffo di Malco foſſe più ingiurioſo a Criſto del bacio di Giuda. In Firenze preſſo Vincenzo Vangeliſti in 4. 1698. Primum non vidimus.

Vita di S. Romualdo ſotto il nome di Renato Monti. In Roma 1707. in 8. e con aggiunte in Ravenna 1727. in 8. e finalmente in Fabbriano 1741. Hanc vitam agens de S. Petro Damiani memorat Albertus Fabritius in Bibliotheca Latina Med. & Inf. Ætat.

Informazione di fatto a favore dell' Abazia di Claſſe contro quella di S. Maria di Porto, ſopra confini ec. in Ravenna 1725. in foglio.

Obiit Montanarius cum eſſet Abbas Claſſenſis anno 1747. poſtquam pluribus annis monaſterium S. Gregorii de Urbe rexerat, ipſumque & eccleſiam pene a fundamentis reſtauraverat. Illud glorioſum de Montanario refertur, quemdam familiarem Cardinalis Hannibalis Albani pro re certa enaraſſe, eumdem Cardinalem ſibi retuliſſe, Clementem XI. Romanum Pontificem eam de Montanario æſtimationem retinuiſſe, ut ſi diutius vixiſſet, ipſum inter S. R. E. Purpuratos Patres foret coopraturus; monaſticam enim obſervantiam, doctrinam, peritiam & induſtriam in rebus gerendis ipſius ſummus hierarcha ſuſpiciebat, præmioque donandam arbitrabatur. De eo loquitur etiam Coletus in Catalogo Scriptorum Balneocaballenſium.

MONTANARI Jacobus a Balneocaballo, diſcipulus Thomæ Garzonii Canonici Lateranenſis, & alumnus Conventus S. Franciſci ejuſdem loci. Electus fuit anno 1617. Miniſter generalis ſui Ordinis. Obiit autem Venetiis anno 1631. humatus in eccleſia S. Mariæ Glorioſæ ejuſdem inſtituti. Johannes Franchinus in Biblioſophia pag. 286. enumerat, ex recenſione Theuli a Velitris, & Auguſtini Superbi a Ferraria, Montanarii opera, quæ nos quoque ex ipſo referimus.

Nuova Scala al Cielo, che per i gradi de Statuti Conciliari, SS. Padri e Dottrine Theologiche ſi avanza alla perfezione.

Livrea ſpirituale per ornato de Cavalieri di Criſto. In Venezia 1630. in 8.

Livrea ſpirituale, o contraſſegni del vero frate Minore Conventuale. In Bologna 1618.

Nuovo modo di ben ſervire a Dio. In Venezia 1632.

Seminario delle Virtù Criſtiane. In Venezia 1630. in 8.

Babilonia vitiorum omnium.

Exercitia ſpiritualia. Cracoviæ 1620. & Interamnæ.

Carmina de Divinæ Sapientiæ triumpho. Romæ 1599.

De S. R. E. principatu & monarchia, Paulo V. Romæ 1608.

Reformatio Studiorum. Coloniæ 1619. in 4. & Peruſiæ 1620.

Modo di far l'orazione mentale. Mondovì 1619. con altro modo brevo di meditare in 4.

Lettera Paſtorale ſcritta da Meſſina 11. Gennaro 1619. Stampata in Palermo e in Rimini.

Literæ Paſtorales. Coloniæ 1619.

Lettera Paſtorale. Mondovj 1619.

Lettera Paſtorale da Burguollo in Provenza 1619. In Mondovì.

Lettera Paſtorale. In Padova 1617. in Firenze 1620. Altra da Vienna 1622.

Acta Capituli Provincialis Ethruriæ anno 1618. Florentiæ 1619.

Acta Capituli Provincialis Argentoraſtenſis anno 1618. Coloniæ Agrippinæ 1619.

Acta Capituli Provincialis Bononiæ 1619. Placentiæ 1621.

Acta Capituli Provincialis Pragenſis. Pragæ 1620.

Manuale Minorum Conventualium. Neapoli & Bononiæ 1618. in 24.

Quoad exercitia ſpiritualia ſuperius relata, vidimus hoc opus editum Interamnæ typis Thomæ Guerrerii M.DC.XX. cum hoc titulo: „ Exercitiorum ſpiritualium liber, qui etiam „ Myſtica Theologia nuncupari poteſt, ex „ opuſculis Seraphici eccleſiæ Doctoris per „ reverendiſſimum P. M. Jacobum Bagnacaballenſem Miniſtrum generalem Min. Convent. compilatus. Hæc eſt Myſtica Theologia, ideſt occultus ſermo divinus, quo „ mens ardore diſpoſita, linguis affectionum „ Chriſtum ſuum dilectum in occulto alloquitur. S. Bonaventura in Myſtica Theologia in Proemio. " Sequitur diploma Pauli pp. V. anni 1606. die XXIII. maji, quo indulgentiam plenariam concedit facientibus hujuſmodi exercitia, & adjicitur decretum Clementis pp. VIII. pro reformatione FF. Min. Conv. in Viſitatione Apoſtolica domus & Conventus Baſilicæ XII. Apoſtolorum de Urbe, habita a Sanctitate Sua die XVIII. menſis auguſti M.D.XCII. Succedunt: „ Meditationes de Vita, Paſſione & Reſurrectione D. N. J. C. ex opuſculo S. Bonaventuræ, quod inſcribitur: *Lignum vitæ*, „ in hanc recentiorem formam redactæ, & „ ad tres hebdomadas accommodatæ. "

De Montanario agit Coletus pag. 85. in Catalogo Scriptorum Balneocaballenſium, qui etiam pag. 87. refert inſcriptionem poſitam in eccleſia S. Franciſci ejuſdem loci pro elogio trium Miniſtrorum generalium, qui prodierunt ex eodem Conventu; Raynaldi ſcilicet Gratiani, Philippi Poroatii & ipſius Jacobi Montanarii.

MONTANARIUS Johannes-evangeliſta itidem e Balneocaballo. Floruit anno 1589. Ejus carmina leguntur in variis collectionibus, epigramma quoque ad librum: *Sinagoga degli Ignoranti* Thomæ Garzonii. Coletus ibidem pag. 89.

MON-

MONTANARI Joſeph-antonius armandus ex O. FF. Servorum Faventinus. *Specchio di Maria Vergine. Opera del Serafico Dottore S. Bonaventura, ſcritta dal ſopradetto in Italiana favella. In Faenza per l' Archi in 8.*

Orazione Panegirica in lode di S. Pellegrino Lazioſi. In Faenza M. DCC. XXIX. preſſo l' Archi. Recitata fuit in ſolemnibus diebus, quibus feſtivo apparatu & triumpho celebrata fuit ipſius relatio in Sanctorum canonem.

Panegirico in lode di S. Girolamo.

MONTI Philippus. Recenſetur a Franchino in Biblioſophia pag. 245. inter celebres aſcetas Faventinos Conventus Min. Convent. ejuſdem urbis.

MONTI Vincentius a Fuſiniano, alumnus Hieronymi Ferrii, Poeta ſupra ætatem illuſtris. Paratam habet elucubrationem Elegiarum Latinarum ad Propertii imitationem, quas verſibus Martellianis reddere Italicas etiam cogitat.

MONTICULO (*de*) Johannes, & Johannes-antonius. Memorantur cum laude a Flaminio, ceu celebres Juriſconſulti Faventini.

MORANI Jacobus Faventinus. „ Ad ampliſſimos Bononiæ magiſtratus oratio. Bononiæ ex typographia Johannis Roſſii 1567. in 4. " Oratio ſatis gracilis & tenuis.

MORIATUS Florianus. Sepulcralem loculum habet in eccleſia Faventina S. Auguſtini cum hoc elogio. „ Floriano Moriato Cauſarum patrono, ſapientiſſimo, juris prudentia eloquentiaque viris principibus propter ſummam ſolertiam tum domi foriſque cariſſimo, fratres honorarium hunc tumulum poſuere anno M. D. VIII. menſe aprili. " Legitur etiam apud Schraderum pag. 405. Monumentorum Italiæ.

MORRONUS Mauritius Faventinus, Abbas Claſſenſis. Vide *Mauritius*.

N

NALDUS Antonius Faventinus clericus regularis Theatinus, qui pie defunctus eſt Romæ anno 1645. „ Summa Theologiæ Moralis, ſeu Reſolutiones practicæ notabiliores caſuum fere omnium conſcientiæ, ad Dominicum S. R. E. Cardinalem Rivarolam Archiepiſcopum Nazarenum. Bononiæ 1625. typis Theodori Maſcheronii & Clementis Ferronii. "

IDEM. „ Quæſtiones practicæ in foro interiori uſu frequentes. Bononiæ 1618. in 4. "

IDEM. „ Reſolutiones practicæ caſuum conſcientiæ, in quibus præcipue de juſtitia contractus, *livelli* vulgo nuncupati, & de Cambiis agitur. Apud Bartholomæum Fontanam. Brixiæ 1621. "

IDEM. „ Adnotationes practicæ ad varia Juris Pontificii loca. Romæ 1632. apud Franciſcum Caballum in 4. " Tranſmiſſæ ſunt ad Antonium Barberinum S. R. E. Cardinalem. Vide Annales Silos, & Bartholomæum Ferri Theatinum Ferrarienſem T. II. Miſſionum Orientalium lib. IV. & Magnanum T. II. pag. 113. qui tamen ſcribit Antonium Naldium dicaſſe Summam ſuam Cardinali Auguſtino Galaminio.

NALDUS Johannes. Inter Laureatos in S. Theologia ad annum 1618. affertur a Borſetto P. II. pag. 482. Gymnaſii Ferrarienſi. Forte unus ex Canonicis Faventinis, de quibus infra.

NALDUS Philibertus S. R. E. Cardinalis: „ Hujuſce majores, inquit Ciacconius T. III. col. 928. Cattanei de Vecciano caſtro Braſichellæ Faventinæ diœceſis in Æmilia fuiſſe tradunt Faventina Monumenta, Naldi dicti a Naldo eorum progenitore. Natus anno 1523. in Galliis, in Pariſienſi Academia ita literis vacavit, ut nulla habita ætatis ratione, adhuc juvenis, vix enim vigeſimum attingebat annum, Latine tamen & Græce doctiſſimus erat. Engoliſmenſem prius, inde Antiſiodorenſem rexit eccleſias. Carolo IX. Galliarum Rege inſtante a Pio IV. Presbyter S. R. E. tit. S. Sixti, deinde S. Martini in Montibus, demum S. Anaſtaſiæ creatus fuit anno 1561. Deceſſit repentina morte Romæ anno 1570. humatus in eccleſia S. Lodovici nationis Gallicanæ cum ſepulcrali elogio. "

NALDUS . . . . . Canonicus Faventinus. Facile Franciſcus, qui anno 1629. in Synodo Faventina erat Examinator Synodalis, & Præpoſitus Canonicorum; vel etiam Johannes, de quo mentio fit in eadem Synodo. Reliquit mſs. in folio monumenta omnia illuſtrantia originem, geſta, viros illuſtres doctrina, armis, dignitatibus ſuæ perilluſtris familiæ Naldæ. Extant in domo de Naldis dicta *de Bendiolo*. Paucis verbis Flaminius enumerat militares viros nobiliſſimæ hujus gentis: „ Dionyſium, inquit Naldum Equitem illuſtrem, & Generalem Veneti peditatus diu & ſumma cum gloria ducem, Carlinumque, ac Babonem, & Balaſſum, omnes quidem Naldos, & cum his Vincentium militari virtute per totam Italiam clarum. " Plures vero recenſent Tonduccius & Cavina, ac præter lineam Babonis, qui in Gallias migravit, ex qua linea Philibertus Cardinalis, præter Dionyſium, Carlinum, Balaſſum & Vincentium nominatos a Flaminio, memorant Johannem, Guidum, Hieremiam, Fabium, Vergilium, alterum Dionyſium, Aloyſium, Vincentium alterum, & Carolum viros præſtantes armis, quos debita laude non fraudant. Naldi illius, qui obiit anno 1528. ſepulcrale elogium extans in Baſilica Carmelitarum ſuper portam meridionalem Patavii refert Scardeonius pag. 429. in Appendice: „ De Sepulcris inſignium exterorum Patavii jacentium; " quo loco etiam alterum in pariete ejuſdem eccleſiæ in tabula lapidea affert Babonis Naldi poſitum a Paulo & a Dionyſio filiis, qui deceſſit anno 1544. Nos vero prætermittimus, qui literatorum dumtaxat virorum ſyllabum contexere nobiſmetipſis propoſuimus.

NALDUS .... Libellum elegiarum *Naldi* cujuſdam

Digitized by Google

juſdam laudat Angelus Politianus in libro Epigrammatum his carminibus:

„ Dum celebrat Medicem Naldus, dum
„ laudat amicam,
„ Et pariter gemino raptus amore
„ canit.
„ Tam lepidum unanimes illi ornave-
„ re libellum
„ Phœbus, Amor, Pallas, Gratia,
„ Muſa, Fides.

Hunc tamen, potiuſquam Faventinum, patria Florentinum facit Fabritius Bibl. Lat. T. V. pag. 92.

NAPILI Epoandrus. Nomen anagrammaticum Leonardi Papini Corteſii Balneocaballenſis. Vide *Papinus Leonardus*.

NEGUSANTIA familia plures peperit pios & doctos viros, feminas quoque ſanctitate & doctrina conſpicuas; & licet hæc familia variis vicibus & temporibus lares tranſtulerit Bononiam, Sarſinam, Arretium aliaſque in urbes, & potiſſimum Fanum, exploratum tamen eſt ipſam ex Germania in Italiam deductam, primum domicilium fixiſſe in urbe Faventina, majoreſque ejus gentis denominaſſe Faventiam patriam ſuam. Apud Tonduccium pag. 438. Hiſtoriæ Faventinæ, teſtimonio P. Marcelli Auguſtini S. J. legitur vetus inſcriptio: *Nigro militi Guidonis Negozantis* de Faventia, *filio, claro in bello, eximio in religione, & ſui Ordinis propagatori* (ſcilicet militiæ Rhodienſis) *in ſpem ejus ſalutis. Deum orate pro eo. Theodericus fratri P. anno D.* M.ccc.xxx. In eccleſia S. Mariæ de Metauro prope urbem Fanenſem, referente Eugenio Gamurrinio Vol. III. pag. 82. *Iſtoria Genealogica*, viſitur ſepulcrum Ludovici Neguſantii cum ſequenti elogio: *Hoc eſt ſepulcrum nobilis & ſpectabilis viri D. Ludovici Comitis quondam D. Franciſci Negoſantis* de Faventia, *qui obiit anno Domini* M.ccc.LXXXXVIII. In regeſtis Auximanæ urbis, teſte laudato Tonduccio eadem pagina, memoratur ad annum 1401. *Nobilis vir Franciſcus de Nigoſantibus* de Faventia *Poteſtas*. Exiſtimat autem Faventinus hiſtoricus, hanc familiam extorrem vel vi vel ſponte factam a Faventia circa annum 1376. Fanum ſe recepiſſe. Ad annum tamen 1391. In chartis Azzuriniis Sacc. VII. legitur Magiſter Thomas Niguſantius, judex in cauſa funerum inter rectores parœcialium eccleſiarum Faventiæ, & inter fratres S. Franciſci ejuſdem urbis; quare liquido conſtat, non omnes ex eadem familia ſolum vertiſſe, & Faventiam dereliquiſſe, licet de aliquibus ejus familiæ vix dubitari poſſit. Nos, duce eodem Gamurrinio, literatos viros hujus præclaræ gentis chronologico ordine hic loci referimus; & omiſſo Cardinale Rogerio Neguſantio, quem Innocentius pp. III. Legatum in Siciliam deſtinavit anno 1210. contra Othonem Cæſarem; primum, qui ſe nobis offert, nominamus Guidonem Nucerinum Epiſcopum, ei urbi præpoſitum ab Innocentio IV. anno 1252. quem Acta conſiſtorialia Faventinum enuntiant, licet ab aliquibus, breviaturarum cauſa, Fanenſis dicatur, quemque putamus eumdem eſſe, qui in chartis annorum 1234. & 1237. appellatur „ *domi-* „ *nus Guido de Faventia olim Bullator D.* „ *papæ Innocentii.* “ Videantur Annales Camald. T. IV. col. 526. in Append. ex autographo penes Canonicos Florentinos S. Laurentii n. 88. & Acceſſiones Faventinæ col. A 489. ex tabulario Capitulari Canonicorum Faventiæ, quique poſtquam Bullatoris officium exercuit penes Innocentium III. ab altero Innocentio IV. promotus fuerit ad infulas Nucerinas, ob claritatem ſcientiarum, doctrinæ & religionis. Exiſtimant aliqui ipſum fuiſſe fratrem S. Humilitatis egregiæ Faventinæ poſt mutuam a marito ſeparationem ſanctimonialis.

Johannes-philippus Neguſantius, filius Comitis Ludovici, ejus ſcilicet, qui obiit anno 1398. celebris Juriſconſultus, electus Epiſcopus Sarſinas a Bonifacio pp. IX. opus edidit: *De Conſiliis*, impreſſum, ut dicitur, B Fabriani. Floruit deſinente Seculo XIV. & pluribus annis ſeculi ſequentis, ac ad ipſum extat Ambroſii noſtri Camaldul. epiſtola Lib. II. num. 22. ad annum 1432.

Alter Johannes-philippus Neguſantius Vicarius oppidi Aureoli pro Galeoto Manfredo, Faventiæ Domino anno 1484. & Andreas Doctor inſignis producuntur a Tonduccio.

Andreas hic, pater Vincentii Epiſcopi Arbenſis mox dicendi, vocatus *doctor veritatis* & Senator Urbis anno 1494. tractatum confecit: *De juriſdictione Capitaneorum generalium Comitatus Fani, & de legitima electione ab immemorabili facta.* C

Antonius tractatum compoſuit *de Pignoribus & Hypothecis*, tempore Julii pp. II. Statuta quoque compilavit urbis Fanenſis anno 1508. Fuit Conſalonerius Fani, reſque ſui temporis ſcripſit ad Alexandrum pp. VI. circa annum 1500. Vitam depoſuit anno 1528. Extat ad eumdem Antonium Juriſconſultum Hieronymi Benivenii epiſtola, qua ad ipſum mittit Apologiam fratris Ambroſii Catharini pro veritate Catholicæ & Apoſtolicæ Fidei ac doctrinæ, ad Carolum max. Imperatorem & D Hiſpaniarum Regem. Initio autem epiſtolæ manifeſtat nobis Beninvenius inſigne opus ejuſdem Neguſantii contra Martinum Lutherum: „ Lectitanti, inquit, mihi, Antoni ſuaviſſime, validiſſimas illas tuas Concluſiones, quibus quaſi æneis tormentis inextricabilem Martini Lutheri labyrinthum expugnare contendis, ecce aliud fratris Ambroſii Catharini olim Lancellotti Politi Senenſis Juriſconſulti undequaque doctiſſimi, & a te nunquam ſatis laudati opus offertur, in quo ille, ut eſt magno & excellenti ingenio ac doctrina vir, quem tu gravi admodum vulnere confoderas, e medio penitus tollere conatur &c. “

E Vincentius Neguſantius, Andreæ filius, juris peritiſſimus, Epiſcopatum Arbenſem obtinuit a Leone X. anno 1514. interfuit Concilio Lateranenſi & poſtea etiam Tridentino. Venetiis ſacros ordines contulit S. Ignatio ejuſque ſociis; Conſiliarius fuit Hippolyti Medicei Cardinalis Legati in Germaniam miſſi a Clemente VII. Grandævus obiit anno 1573.

Franciſcus Petri Neguſantii filius, & Vincentii Epiſcopi nepos, Archidiaconus Arbenſis, &c.

ſis, eccleſiaſticæ diſciplinæ doctiſſimus, ſcripſit: *De Ritu conſecrationis eccleſiarum*, juſſu patrui ſui. Vitam protulit uſque ad annum 1577.

Neguſantius Neguſantius filius ejuſdem Petri Juriſconſulti *Quæſtiones familiares* contexuit, aliaque congeſſit memorabilia manu ſua ſcripta.

Alexander illuſtris Juriſperitus & Confalonerius Fani, Chriſtophori filius doctiſſimus in linguis Græca, Hebraica & Latina reliquit opuſcula tam carmine, quam ſoluta oratione.

Latinus Alexandri filius, Poema ſacrum concinnavit in honorem S. Barbaræ V. & M., adnotationes etiam ad Cantum primum *della Gerusalemme conquiſtata*, alioſque verſus vulgares & Latinos.

Chriſtophorus, alter Alexandri filius, Prælati dignitate inſignitus a Paulo V. Academicus Humoriſta Romæ, lectiones academicas pronuntiavit coram Cardinalibus & Principum Oratoribus. Deceſſit anno 1624.

Adrianus filius Petri quæſtiones præclariſſimas edidit, quibus titulum fecit: *Sylva reſponſorum & practicarum diſputationum*; vitam quoque collegit Cardinalis Hadriani tituli S. Chryſogoni, cujus fuit pronepos. Ad plures abiit anno 1613.

Petrus Adriani filius. Doctor celeberrimus, Poeta inſignis, luce publica donavit Poema inſcriptum: *La Faneide*, vel *Guerra della Città di Fano*, cum compendio hiſtorico ejus urbis. Æneidem Virgilii ligato verſu traduxit in Italicum ſermonem. Vitam ampliavit Cardinalis Hadriani; de Neguſantiorum origine ſcripſit; vitam demum B. Franciſcæ Neguſantiæ compoſuit. Defunctus eſt Fani anno 1662. Quoad Phaneidem animadvertit Johannes-albertus Fabritius T. V. pag. 150. Bibl. Lat. Med. & Inf. Ætatis Octavium Cleophilum, vero prænomine Franciſcum Octavii filium, Fanenſem Poetam & literatorem, extinctum Centumcellis anno 1490. eo anno Romæ in lucem emiſiſſe Phaneidem, ſive de Bello Phanenſi libros III. heroico carmine.

Nec defuere doctæ feminæ hujus illuſtris familiæ Neguſantiæ. Præter S. Humilitatem abbatiſſam, de qua ſuo loco diximus, Fauſtina conjux Petri, literis Græcis atque Latinis claruit, alioſque ſui ingenii fœtus reliquit. Lucia ſanctimonialis, Latini filia, Poeſi ſtuduit, ac verſu ſoluto compoſuit drammata S. Flaviæ Domitillæ, S. Luciæ, & B. Franciſcæ Neguſantiæ, præter pias meditationes preceſque in honorem Dominicæ paſſionis.

Licet pars major literatorum hujus egregiæ gentis pertineat ad eam lineam, quæ lares fixit in urbe Fanenſi, gloriam tamen affert & urbi Faventinæ, in qua primitus coaluit ea familia. Hæc omnia ferme exſcripſimus ex laudato Gamurrinii volumine.

NEVOLONUS (B.) In choro hyemali Canonicorum Faventinorum Cathedralis eccleſiæ, inter duas feneſtras vitreas viſitur clypeus vel diſcus marmoreus, in quo depicta eſt imago S. Mariæ de Miſericordia manibus apertis atque erectis, & circa imaginem ſculpta eſt ſequens inſcriptio: „ Hoc opus „ fecit fieri ſocietas ſanctæ Mariæ Miſeri„ cordiæ, & beati Nevoloni. “ Extat inſuper alia inſcriptio: Beatus Nevolonus quinto Kalendas auguſti M. cc. LXXX. obiit.

Liter. Favent.

„ Teſtantur charum ſuperis miracula,
„ vivens
„ Quæ fecit, quibus & poſt ſua fata
„ nitet. “

Vide *Anonymus ſcriptor ejus vitæ*.

NICOLAUS ex Ordine FF. Prædicatorum Faventinus. Creditur ſcriptor vitæ B. Venturini Bergomatis ejuſdem Ordinis, qui floruit circa annum 1346. poſtquam in exilium actus a Benedicto PP. XII. & reſtitutus a Clemente VI. Crucem in expeditionem Hieroſolymitanam prædicare juſſus, obiit Smirnæ eo anno. Nicolaus vero deceſſit anno 1350. ut placet Magnano T. I. pag. 209. SS. & BB. Favent.

NICOLAUS Medicus de Faventia. Nominatur in teſtamentariis tabulis Thaddæi Alderotti famoſiſſimi Medici ſui temporis, quæ tabulæ editæ fuere in Appendice ad Claros Profeſſores Gymnaſii Bononienſis pag. 158. in quibus iſta leguntur: „ Item Magi„ ſtro Nicolao de Faventia jure legati reli„ quit gloſſas ſuas omnes, quas ipſe Magi„ ſter Thaddæus ſuper libris Medicinalibus „ & Almanſorem ſuum compoſuit, ſi tem„ pore obitus ipſius teſtatoris ſteterit ſecum. “ Deceſſit Thaddæus anno 1295. & Nicolaus videtur fuiſſe ipſius alumnus; cujus non parva fuerit gloria talem ſortitum fuiſſe magiſtrum.

NICOLAUS de Faventia J. V. D. Ad annum 1497. ex Rotulo in Memoriali ejuſdem anni fol. 76. memoratur a Borſetto T. II. pag. 98. Gymn. Ferrar.

NICOLUCCIUS Bartholomæus Medicus Faventinus. Extat ad ipſum „ conſultatio Hie„ ronymi Mercurialis Medici Foro-livienſis. „ Tomo II. Conſultationum ejuſdem Mer„ curialis pag. 10. “

NICOLUCCIUS Johannes-baptiſta. Cum celebris Medicus, quique vixit ante Bartholomæum, celebratur a Flaminio in ſæpedicta epiſtola.

NICOLUCCIUS alter Johannes-baptiſta, dictus a Magnano pag. XVI. *Pigna*. Ad Nicoluccium Pignam extant Bartholomæi Riccii Lugienſis plures epiſtolæ pagg. 366. 367. & ſequentibus Tomi II. editionis Patavinæ, cujus Nicoluccii literas elegantiſſime & prudentiſſime ſcriptas, in ætate licet juvenili, Riccius collaudat, quem vigeſimo ætatis ſuæ anno ab ampliſſimo Philoſophorum Collegio Ferrarienſi dignum judicatum fuiſſe afferit doctoratus, & duobus annis publice auctores Græcos & Latinos fuiſſe interpretatum affirmat, quem demum acriter ſtudiis operam dantem coercet, rogatque, ut ſalutis ſuæ detrimenta agnoſcat, ſuæque bonæ valetudini conſulat. Nicoluccii Faventini viventes Majores ſuos ex Cotiniola profluxiſſe exiſtimant; quare ipſis examinandum relinquimus, an Nicoluccius laudatus a Riccio ad eorum familiam pertineat, ut putat Magnanus.

NICOLUCCIUS Johannes-evangeliſta Faventinus. Extant ad ipſum Julii Caſtellanii Canonici epiſtolæ.

NICOLUCCIUS Thomas Doctor Faventinus.

tinus. Contexuit ſtemmata & genealogicas arbores principum familiarum veterum & novarum Faventiæ, notitiaſque plures collegit, quæ illuſtrant patriam ſuam; ex Magnano T. I. pag. xix.

NICOLUCCIUS Thomas Junior. *Raccolta di Rime in applaudimento all' Eminentiſſimo e Reverendiſſimo Principe il Signor Cardinale Jacopo Oddi Legato a Latere di Romagna, eletto Veſcovo di Viterbo, per la ſua ſingolare ſollecitudine e vigilanza in procurare felicemente la preſervazione di eſſa Provincia dall' Epidemia de Buoi. In Faenza* 1750. Italicis, Latinis & Græcis carminibus abundat collectio. Præfatur Alexander Fagnolus. Sequitur Inſcriptio: „ Jacobo Oddio Patricio Peruſino, Æmiliæ Cardinali Legato, Juſtitiæ ac Pietatis cultori eximio, „ quod circum graſſantem armentorum luem „ Provincia averterit, Thomas Nicoluccius „ Patricius Faventinus hæc æterna grati populorum animi monumenta tantæ virtutis „ admirator D. D. D. "

NIGRONIUS Johannes-franciſcus Januenſis S. R. E. Cardinalis. Faventinam eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1687. poſt Antonium Cardinalem Pignatellum, qui ex Faventina ad Neapolitanam, inde ad ſupremam S. Petri cathedram evectus eſt anno 1691 ſub nomine Innocentii XII. Dum eſſet Nigronius Faventinus Epiſcopus, Synodum diœceſanam celebravit; demum anno 1697. nuncium ei eccleſiæ remiſit, ſuccedente illi Marcello Cardinale Duratio.

NONIUS Ludovicus. In æde cathedrali, quod etiam relatum eſt a Laurentio Schradero pag. 404. Monumentorum Italiæ, extat hocce ſepulcrale elogium. „ Ludovico „ Nonio Medico ac Philoſopho eximio, qui „ dum ceteros ægrotantes mira quadam in- „ duſtria & arte curaret, omnibus ingenii „ laudibus in dies magis excelleret, peſtifera & repentina febre in florente ſui ætate „ & gloria præripitur, incredibili amicis omnibus deſiderio derelicto. Franciſcus No- „ nius fratri cariſſimo ac benemerenti poſuit. „ Vixit annos xxvi. M. vii. D. xiii. Obiit xii. Kal. julii M. D. LXXVII. "

O

OREGGIUS Auguſtinus. Pontificiis Eleemoſynis generalis Præfectus, SS. D. D. N. D. Urbani VIII. Theologus & intimus Cubicularius, Baſilicæ Vaticanæ Canonicus, poſtea vero S. R. E. Cardinalis electus anno 1633. & Beneventanus Archiepiſcopus, quam tamen utramque dignitatem vix biennio retinuit, defunctus ſumma cum pietate anno 1635. „ De Deo uno tractatus „ primus. Romæ ex typographia Rev. Cam. „ Apoſt. M. DC. XXIX. in 4. " Dicavit Oreggius opus ſuum beneficentiſſimo ſuo Mœcenati Urbano pp., his verbis incipiens epiſtolam nuncupatoriam. „ Labente jam anno „ vigeſimo quarto, ex quo Cathedralis ec- „ cleſiæ Faventinæ, ac ſubinde Vaticanæ „ Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ſingulari „ Sanctitatis Tuæ beneficio, Canonicus Theo- „ logus ſum conſtitutus &c. " Ad calcem epiſtolæ ait ſe habere in animo proſequutionem operis. Poſt tres annos edidit tractatus tres de Angelis, & tractatus quatuor de Opere ſex dierum, Romæ ex eadem typographia, quos conſacravit Franciſco S. R. E. Cardinali Barberino, Legato Avenionenſi; quem adoleſcentem in ſacra Theologia imbuerat. Opus ipſius de Eccleſiaſtica Hierarchia extat T. IV. pag. 629. Bibl. Pontif. Roccaberti. Obſervant editores Actorum Lipſienſium ad annum 1718. pag. 491. Dionyſium Petavium S. J. Dogmatum ſuorum libros hauſiſſe ex tractatibus Auguſtini Oreggii. De ipſo in hocce Scriptorum Faventinorum ſpecimine mentionem ingerimus, quia licet originem & nativitatis locum habuerit in oppido S. Sophiæ, ad Faventinos tamen ea ratione pertinet, quia Canonicatum obtinuit anno 1605. in Cathedrali Faventina eccleſia. Ipſius nepos fuit Nicolaus Oreggius utriuſque Signaturæ Referendarius, & Præſidentiæ Abbreviatorum del Parco majori Decanus, qui Romæ deceſſit anno 1672. ut refert Johannes Ciampinus in Diſſertatione de Abbreviatoribus pag. XLII.

ORIOLI Comes Sebaſtianus ſacerdos Faventinus. *Breve racconto della vita, virtù e miracoli di S. Nevolone Faentino, eſtratto dai Bollandiſti e da altri graviſſimi autori e monumenti antichi. In Faenza preſſo l' Archi* 1765. *in* 8.

ORLANDUS ſive Rolandus. Fuit Magiſter, Canonicus & Præpoſitus Faventinus ad annum 1202. una cum Magiſtris Canonicis Petro & Toloſano, factus ſubinde Epiſcopus Faventinus die VII. auguſti anni 1209. Alibi animadvertimus titulum Magiſtri conceſſum non fuiſſe niſi claris & doctis viris, præſertim in jure canonico, quibuſve per hæc tempora a Romanis Pontificibus committebantur cauſæ & controverſiæ eccleſiaſticæ examinandæ & judicandæ.

ORLANDUS alter Canonicus & Magiſter Faventinus, Toloſani frater, nominatur in chartis tabularii Capitularis Faventini. Anno 1220. jam obierat.

P

PACE (*della*) Ragionamenti. Conſueſcunt Faventini cives feria quarta majoris Hebdomadæ in aula Centum Pacificorum ejuſdem urbis adeſſe orationibus, quæ ſuper eodem argumento recitantur a Concionatoribus per Quadrageſimam ab ipſis electis. Paucas vidimus, ex multis, typis demandatas, ſcilicet.

Anno 1738. *Ragionamento di Vicenzo Talenti Chierico Regolare delle Scuole Pie.*

Anno 1755. *Ragionamento di Frà Giovanni-benedetto da Turino dell' O. de FF. Min. Cappuccini.*

PADOVANIUS Sebaſtianus Rector eccleſiæ S. Vitalis in civitate Faventiæ. „ Hexaſtichon & Diſtica in laudem Lucæ Floro- „ ni, ejuſque operis de Caſibus reſervatis. "

Ext.

Digitized by Google

Ext. in eodem Floroni tractatu. Vivebat Padovanius initiis ſeculi tranſacti.

PADOVANIUS Vincentius Faventinus, Archipresbyter Rontanæ, inter Arcades Riceſtes Agamennonius. Nominatur a Creſcimbenio inter primos Paſtores Coloniæ Lamoniæ. Vir fuit Græce Latineque doctus, ejuſque carmina proſtant in multis collectionibus.

PAGANELLUS Dominicus Faventinus. „ In ordine Prædicatorum ante multos emi„ cuit altiſſimæ eruditionis fama. Fuit A„ poſtolici Palatii Magiſter ſub Clemente „ VIII. Inter alias ſcientias Mathematicam „ calluit profunde, nec pauca ſcripſit, quæ „ deſiderantur. " Hæc Marcheſius in Monum. Vir. Ill. pag. 88., atque Tonduccium citat. Revera Tonduccius pag. 11. inſignem eum Theologum & illuſtrem Mathematicum, celebremque Architectum enuntiat, ipſumque aſſerit auctorem, conſtructorem & delineatorem fontis publici erecti in platea principe urbis Faventiæ; acceptiſſimum præterea fuiſſe non ſolum Clementi VIII. ſed & Leoni XI. & Paulo V. condignamque memoriam ex marmore in primo clauſtro Conventus S. Andreæ Faventiæ ei appoſitam fuiſſe ſcribit ad pag. 32.

PAGANI Franciſcus a Balneocaballo vixit deſinente ſeculo XVI. Compoſuit teſtimonio Coleti pag. 86. „ Arithmeticam practi„ cam lingua Italica, quam dicavit Raphae„ li Raſponio Gubernatori, editam Ferrariæ „ anno 1591. in 4. "

PALMEUS Petrus celebris Romæ Statuarius. Digna commendatione laudatur inter Faventinos a Flaminio.

PAPINI Corteſius Leonardus Balneocaballenſis Philoſophus. Sub anagrammatico nomine Epoandri Napili Betaricienſis, ideſt Leonardi Papini Tiberiacenſis diſſertationem concinnavit „ de Maris æſtu reciproco, " quam auctor Deiparæ Virgini ſine labe conceptæ humillime dedicavit; edita eſt Faventiæ anno 1749. in 12. Siſtema quidem ingenioſum, ſed ſolidis deficiens fundamentis; quare ejus opinio non placuit Johanni-ſigiſmundo Popovvitſch nobili viro Stirienſi, qui in ſuo tractatu lingua Teutonica in lucem emiſſo, cui titulus: *Eſami overo Ricerche intorno al mare*; & in extractu alterius operis Chriſtiani Schvvartz Profeſſoris Altorfini de columnis Herculis circa annum 1750. Problemate ſecundo Papini ſyſtema improbavit & confutavit, ut enuntiatur Tomo XI. pag. 19. *delle Memorie per ſervir alla Storia Letteraria*. Videatur tamen & judicium, quod de hoc opere Papini protulit Lamius *nelle Novelle Letterarie dell' anno* 1751. pag. 5. ubi aliqua non infeliciter excogitata ab ipſo laudat. Scripſit quoque Leonardus: „ De ori„ gine Fontium, & de Magnete; modum „ pariter reperiendi Meridianum incognitum " typis ejuſdem Archii Faventiæ lucubrationibus ſuis illuſtravit, alterum quoque edidit tractatum de Elitricitate, S. Antonio Paravino dicatum formis Faventinis anno 1752. Obiit anno 1765. ſeptuageſimo-quinto ætatis ſuæ anno. Vide etiam Coletum in Scriptoribus Balneocaballenſibus pag. 86.

PAPINI Johannes-nicola itidem Balneocaballenſis & inſuper Patritius Forolivienſis: Traduxit ex Gallico idiomate, *Lettere di Madama di Montier alla Marcheſa .... ſua figlia. In Bologna* 1773. *in* 8. *pag.* 303. quæ impreſſæ fuerant Gallice Francofurti & Manheimii anno 1761. eaſque dicavit Marchioniſſæ Lauræ Fiaſchi Paulutiæ.

PAPINI Johannes-petrus, Johannis Nicolai filius, Poeta: *Appartamento. Poemetto nell' occaſione delle nozze del Signor Franceſco Merlini con la ſignora Marcheſa Guerriera Paulucci. Forlì* 1773. *in* 4.

PAPINI Lucas Abbas Claſſenſis. Pie deceſſit anno 1571. cum regimen ejus monaſterii teneret. Sequens elogium in lapide appoſitum fuit ad ejus tumulum in eccleſia S. Apollinaris Claſſis extra muros urbis Ravennæ. *D. M. Æ. Lucas Papinus V. P. ex Tiberiaco oppido oriundus, Claſſenſis cœnobii, inſignis exempli ac pietatis Præfectus, Ravennæ obiit* XV. *Kalendas auguſti, & poſtridie ad hanc ædem translatus* M.D.LXXI. *Vixit annos* LIII. *Hic quieſcit. Viator parumper ſiſte gradum, proque ejus anima* D. O. M. *obſecra. Monumentum hoc temporum injuria labefactatum, ne memoria conſanguinei optime meriti interiret; quum Abbas Apollinaris Montanarius Bagnacaballenſis hujus eccleſiæ nitorem augeret, Doneſius & comes Pepinus Patritius Parmenſis reſtaurandum curarunt.* A. D. M.DCC.XXVI.

PARINUS Julius Cæſar O. S. Auguſtini Congregationis Lombardiæ. Anno 1683. typis Faventinis impreſsit vitam & obitum S. Nevoloni.

IDEM. Reliquit manu-ſcriptam hiſtoriam cum monumentis Conventus S. Auguſtini de Faventia, quæ eccleſia olim vocabatur S. Johannis-evangeliſtæ in Sclavo. Utrumque Parini opus memoratur a Magnano T. I. SS. & BB. Fav. pag. 12. qui iis notitiis utitur frequenter.

PAPHIUS Hieronymus Junior, Cathedralis eccleſiæ Faventinæ Præpoſitus: „ In ſe„ ptem pſalmos pœnitentiales Iſagogem con„ texuit impreſſam Bononiæ in 4. apud Jo„ hannem Roſsium anno 1575. & dicatam „ Jacobo Sabello S. R. E. Cardinali & Bene„ ventanorum Archiepiſcopo, ac Vicario SS. „ D. N. papæ, Kalendis auguſti ejuſdem an„ ni. " Hieronymus erat nepos alterius Hieronymi Paphii, qui fuerat Vicarius Epiſcopi Faventini, cujus ſenioris Hieronymi opera, ſedatis rerum & temporum perturbationibus, cognitaque ejus probitate & integritate, S. Carolus Borromæus deinceps uſus fuit. Alluditur nimirum ad ea ſemina zizaniæ, quæ ſub Theodoro Carpenſi fratre Rodulphi Pii Cardinalis & Carporum Principis, Epiſcopo Faventino, contra Orthodoxam fidem, Faventiæ fuderat Bernardinus Ochinus inſignis Concionator, patria Senenſis, inſtituto frater ex Ordine Cappuccinorum, cujus ſancta putabatur vita, & irreprehenſibilis doctrina, donec detecta veritate, multi, qui in erro-

rem pertracti fuerant, reſipuerunt, falſas opiniones depoſuerunt, & omnem a ſe temeratæ fidei ſuſpicionem amovere, ut ait Petrus-maria Cavina in continuatione Hiſtoriæ Tonduccii pag. 655. Opuſculum ſuum Hieronymus junior conſignavit Johanni-baptiſtæ Seghicellio Faventinorum Epiſcopo emendandum & confirmandum. Uterque Paphius fuit a Saxolo, ſed utrumque recenſemus, quia ſenior vices geſsit Theodori Pii, junior autem Præpoſituram geſsit in eccleſia Faventina. Vide Cavinam in Præludio ad Hiſtoriam Tonduccii pag. xviiii. & pagg. 15. & 655. Hiſtoriæ. Poſſevinus T. II. Appar. Sacr. pag. 33. enuntiat aliud opuſculum Hieronymi Paphii de Reſurrectione, editum Bononiæ 1589. utique, ut credimus, junioris.

PASIUS Bartholomæus Eques auratus & clarus Juriſconſultus. Unus fuit ex collectoribus Statutorum novorum pro cuſtodia urbis ſub Aſtorgio III. Principe anno 1492. De eo etiam Flaminius, ni forte loquatur de alio Bartholomæo Equite, de quo ſit mentio in charta anni 1453. tabularii Azzuriniani, quique anteriori tempore floruerit.

PASIUS Conſtantinus. Nudum dumtaxat ejus nomen refert idem Flaminius in ſatis nota epiſtola.

PASIUS Dominicus. Recenſetur a Borſetto T. II. pag. 484. ad annum 1659. inter Laureatos in ſacra Theologia.

PASIUS Jacobus Antiquitatum patriæ Faventiæ collector, qui rotulos chartarum membranacearum poſſidebat. Memoratur a Bernardino Azzurinio Seniore, qui eas etiam exſcripſit.

PASIUS Jacobus Epiſcopus Faventinus ab anno 1258. ad 1274. dictus etiam Albanus, & creditus a Magnano auctor gloſſarum in Decretales. Hic tamen non ex Paſia, ſed ex Petrella familia erat. Vide *Jacobus Epiſcopus*.

PASIUS Jacobus deſtinatus Faventinus Epiſcopus anno 1510. a Julio pp. II. apud quem orator erat pro ſuis civibus. „ Doctiſ„ ſimus in legibus, " appellatur a Georgio-viviano Marcheſio P. I. pag. 249. *Galeria dell' Onore*, „ juris utriuſque ſcientia & di„ cendi arte clarus, " a Flaminio. Supereſt adhuc extra eccleſiam S. Mariæ Servorum Faventiæ, ubi humatus fuit, in pariete elegantiſſimum marmoreum ſepulcrum, opus Petri Barilotti egregii Sculptoris Faventini, quod ipſi erectum fuit poſt obitum, qui contigit die xix. julii anni 1528. cum nobili inſcriptione, in qua inter cetera dicitur, quod, „ non ex dignitate gloriam, ſed ex moribus ac ſcientia dignitatem adeptus eſt. "

PASIUS Johannes. Inter literatos viros Faventinos ſtatuitur a Magnano T. I. pag. xv.

PASIUS Johannes-franciſcus Eques illuſtriſſimæ Religionis S. Stephani, nec non in Flaminiæ Provincia pro eadem religione Receptor, quem vocant; *Ricevitore*. Leges primum editæ ſub ejus principatu Academico prodierunt Faventiæ typis Georgii-andreæ Zafallii anno 1690. in 4.

PASIUS Lucas Protonotarius & Nuntius Apoſtolicus in Regno Portugalliæ pro Sixto pp. IV. anno 1479. Literis ornatiſſimum ipſum celebrat Flaminius; & Pamphilus Saxus Mutinenſis tumulum hunc poſuit:

„ Quid fles? heu, jacet hic quia Lucas
„ Paſius; unus
„ Eloquio doctus, carmine, jure
„ ſacro.
„ Falleris: impoſiti ſignum eſt hic fu-
„ neris; illi
„ Magnifica eſt tumulus magnificus
„ patria.
„ Non tumulus domus eſt: populi nam
„ pectore vivit.
„ Quid fles? viventi non dare fas
„ lacrymas. "

Extat hoc elogium T. VIII. pag. 487. Carminum Poetarum Italorum, quæ prodierunt Florentiæ anno 1721.

PASIUS Paulus. Habentur memoriæ veteres ſacræ ab eo collectæ. His manu tamen dumtaxat ſcriptis utitur ſæpius Magnanus in utroque tomo SS. & BB. Faventiæ pag. 3. 19. 61. & aliis.

PASIUS Scipio Protonotarius Apoſtolicus, Canonicus Prænestinus, & Epiſcopi Faventini Jacobi Paſii Vicarius generalis. Recognovit anno 1525. die xxviii. auguſti, & imprimi conceſſit Petri-nicolai Caſtellani librum de Immortalitate Animorum.

Ad annum 1452. in chartis Azzuriniis Sacc. viii. nominatur Franciſcus q. Jacobi de Paſiis dividens bona cum Andrea & Paſio fratribus, filiis q. Pauli Paſii, ex nomine etiam aliorum fratrum ipſorum Nicolai, Gregorii & Pauli q. Pauli, fratris Franciſci ſupradicti. Sed antiquior eſt hujus familiæ memoria in tabulariis Faventinis.

PASOLINUS Johannes-ludovicus Faventinus, Monachus, Abbas, & demum Generalis Camaldulenſis electus anno 1602., deinde Epiſcopus Signinus anno 1606. ac poſtremo ſuffraganeus Cardinalium Johannis-baptiſtæ Lenii & Laurentii Magalotti Epiſcoporum Ferrarienſium. Præfationem & nuncupatoriam epiſtolam fecit orationibus Petri Bagnoli Abbatis generalis Camaldulenſis; vitas etiam S. Florentii & ſociorum dedit Silvano Ractio monacho, notitiaſque Hiſtoriarum Camaldulenſium. Obiit in patria anno 1629. ſepultus in eccleſia parœciali S. Salvatoris in ſacello, pone altare majus. Vir fuit in Divinis humanioribuſque literis verſatiſſimus, Muſicæ etiam diſciplinæ peritiſſimus, & in negotiis perſolvendis expeditiſsimus. Fratrem habuit Ludovicum, Abbatem ſimiliter Camaldulenſem, non incelebrem virum.

PASOLINUS Nicolaus & ejus frater.

PASOLINUS Petrus, Poeſis uterque cultor. Hujus poſtremi legitur Elegia Latina, in quadam collectione Faventiæ edita. Primi vero extant compoſitiones Italicæ.

PASSERI Joſeph, Hieronymi Ferii alumnus prius in Lonzano, & poſtea Faventiæ, Evaſit inter meliores optimus Poeta vulgaris, quem diebus noſtris peperit Faventina

urbs,

urbs, ut fidem faciunt Poematum ſpecimina ſuper argumenta phyſica ab eo edita. Acerbo fato ereptus eſt anno 1766. in urbe Neapolitana, cum a ſecretis foret Oratoris Regis Neapolis ad Regem Portugalliæ. Alia poetica & duo drammata reliquit penes fratrem Nicolaum pictorem. Metaſtaſius, ad quem Joſeph ſpecimen carminum ſuorum direxit, ipſi reſpondit epiſtola, qua valde gloriari potuiſſet, niſi ea poſt ejus obitum perveniſſet. Latine etiam eleganter componebat Paſſerius, in Philoſophicis quoque & Theologicis plurimum præſtabat. Titulus operis, ſive ſpeciminis carminum ipſius eſt ſequens: *Saggio di Poeſie di Giuſeppe Paſſeri, fra gli arcadi Taliſio Nidemio.*

. . . . me quoque dicunt
Vatem Paſtores, ſed non ego credulus illis.
Virgil. Ecl. 9.

Napoli M.D.CCLXVI. *preſſo Vincenzio Flauto in* 8.

Inter hæc Poemata habetur: *Amore e Pſiche. Componimento Drammatico per Nozze.*

Cantionum vulgo *Delle Cantate* argumenta ſunt: *Il Veſuvio, la Macbina Eletrica, l'Arco Baleno, l'Ecliſſe ec.* In Anacreonticis, ſive quæ ex ſuo penu compoſuit, ſive quæ ex Gallico idiomate traduxit, ſingularis profecto fuit, mereturque ſinceram omnium legentium æſtimationem, communemque plauſum. Specimen ſuum dicavit Comiti Vincentio-mariæ Laſcaris del Caſtellar.

PASSI Pius a Buſco Ordinis FF. Prædicatorum, Inquiſitor generalis Romandiolæ in urbibus Faventia, Ravenna, Forolivio, Cæſena, Imola, Cervia, Britonorio, Sarſina &c. *Giorno funebre alla di lui veneranda memoria celebrato in Faenza nella Chieſa di S. Andrea del medeſimo Ordine l'anno 1686. dalla pietà de Miniſtri ed Ofiziali del S. Ufizio della detta Città, dedicato al P. Maeſtro Frà Pio Felice Cappaſanta da Vicenza degniſſimo ſucceſſore del Defonto. In Faenza per Giorgio-andrea Zarafagli in* 4.

PASSIO S. Savini Epiſcopi & Martyris anno 303. Vide *S. Savini paſſio.*

PAULUS Epiſcopus Faventinus. Inſtituit anno 920. in eccleſia Cathedrali triginta Canonicos, & pro ceteris eccleſiis urbis Collegium Parochorum, pro qua inſtitutione edictum confecit, quod memoratur ad annum 1045. ab Ethico Epiſcopo ejus ſucceſſore. Viget adhuc Pauli memoria annuali commemoratione pro ipſius anima & decantatione Veſperarum Defunctorum. Colligebant ſe primum Parochi in eccleſia S. Mariæ in Broilo, nunc autem conveniunt in illam S. Stephani, ut pote commodiorem, ædificatam ſeu reſtauratam, ac in meliorem formam redactam a Principibus Manfrediis.

PAULUS de Faventia O. FF. Prædic. Inter Theologos Ferrarienſis Collegii reponitur a Borſetto T. II. pag. 478. quorum catalogum adducit ab anno 1460. ad 1579.

PAULUS-maria Cittadinius ejuſdem Ordinis. Vide *Cittadinius Paulus-maria.*

PAULUTIIS (*de*) Johannes Alexandri. Locum obtinet apud Flaminium inter præſtantes Juriſconſultos Faventinos.

PEDRONIBUS (*de*) Ugolinus, Juriſconſultus Faventinus, teſte eodem Flaminio.

PEGOLOTTUS vel Pellagotus Canonicus Subdiaconus & Magiſter Faventinus. Plures ipſi cauſæ & magni momenti commiſſæ fuere a Gregorio pp. IX. annis 1230. 1231. & 1233. quorum aliquas produximus Tomo IV. Annal. Camald. in Appendice, ex tabulario Archiepiſcopali Ravennæ Capſ. E numm. 1221. & 1222. & Capſ. B. num. 455. Meminit ipſius Rubeus in Hiſtoriæ Ravennatis lib. VI. pag. 399. & Sartius pag. 321. ex codice diplomatico eccleſiæ Bononienſis, exiſtente in Bibliotheca Inſtituti Scientiarum. In tabulario Canonicorum Faventiæ ejus mentio fit ad annos 1223. 1225. 1228. 1233. Anno 1231. appellatur Magiſter.

PEPULUS Sebaſtianus O. FF. Min. Conv. Balneocaballenſis. „ Vir diſertiſsimus, qui „ in præcipuis Italiæ urbibus ſummo omnium „ applauſu concionatus eſt. Domum vetuſtate laborantem reſtauravit, & primum „ clauſtrum conſtruxit. Obiit anno M. CCCC. „ LXXVII. ætatis LXV. cum ſecundo Provin„ ciam rexiſſet Bononiæ, quam aliis ſeptem „ annis gubernavit. " Wadingus T. IV. Annal. pag. 383. ad annum 1273 qui fuit ædificationis ejus Conventus annus primus.

PERETTUS Johannes-antonius Faventinus. Carmen cui titulus: „ Sixti V. Pont. „ Max. creatio ad Alexandrum Perettum „ Cardinalem Montaltum S. R. E. Vicecan„ cellarium. Romæ apud Jacobum Ruffinel„ lum 1591. " Cinellius T. IV. pag. 48. Bibliothecæ Volantis novæ editionis animadvertit, Perettum hunc non fuiſſe ex familia Pontificis, qui non ſolum dilexit fovitque viros doctos, ſed etiam omnes ſuos ad dignitates & ad honores provexit. Verba ſunt Cinellii *nella Scanzia* XVI. Diſtinguendus eſt a Bartholomæo Peretto Juriſconſulto & Canonico Baſilicæ S. Petri de Urbe, cujus extat oratio habita in almo collegio Montisalti ſexto nonas martii, M. D. XCV. ad eumdem Alexandrum Perettum S. R. E. Cardinalem, edita Bononiæ eodem anno in 4.

PEROTTUS Salvator Faventinus. Collegit pleraque monumenta, quæ in Adverſaria derivavit, pro efformanda ſerie virorum illuſtrium in literis, in armis & ſanctitate præſtantium urbis & diœceſis Faventinæ, quam dum edere meditabatur, morte præoccupatus imperfectam, ineditamque reliquit. Superſunt tamen miſcellanea ab eo collecta cum indicibus, quæ aſſervantur in Bibliotheca Seminarii Faventini. Magnanus T. I. SS. & BB. Fav. ſæpe ſæpius notitiis ab ejus collectione petitis utitur. Ipſum quoque laudat in vita B. Jacobi-philippi Bertonii Auguſtinus-romanus de Floribus. Vivebat Perottus anno 1683. quo Academicus electus fuit recens erectæ Societatis Concordium in monaſterio Claſſenſi.

PESCETTIUS Orlandus Maradienſis. In Ca-

Catalogo Bibliothecæ Capponianæ pag. 293. ſequentia ipſius opera leguntur.

Del primo Infarinato, cioè della Riſpoſta dell' Infarinato Accademico della Cruſca all' Apologia di Torquato Taſſo, difeſa contro a Giulio Guaſtavini. In Verona pel Diſcepolo. 1590. *in* 8. Videatur ſuper hoc opere Eloquentia Italica Juſti Fontanini.

Il Ceſare: Tragedia in verſo. In Verona pel Diſcepolo 1594. *in* 4. Hanc memorat Creſcimbenius T. V. pag. 135. *della Volgar Poeſia*. Alia editio in 4. Veronæ anno 1604.

La regia Paſtorella. Verona 1589. Eam affert Scipio Maphæjus T. II. pag. 206. *Oſſervazioni Letterarie*.

Riſpoſta all' Anticruſca di Paolo Beni. In Verona per Angiolo Tamo 1613. *in* 4.

Dialoghi tre dell' Onore; Nel primo ſi diſtrugge l' onore innato del Conte Annibale Romei. *Nel ſecondo ſi porta l' opinione dell' Autore, e con molte ragioni ſi prova le Ricchezze eſſere di maggior valore, e per conſeguenza di maggior onore degne delle Virtù, Nel terzo ſi riſolvono varj dubbj, e ſi riprovano molte opinioni del Romei, e dell' Albergatti*. Dicantur hi Dialogi a Quirino Peſcettio Orlandi filio Carolo Contareno, Patritio Veneto, Veronæ Prætori. Præterea Peſcettii vidimus: *Proverbj Italiani e Latini per uſo de fanciulli, che imparano Grammatica, raccolti, e al Signor Franceſco Zino dedicati da Orlando Peſcetti. In Verona* 1602. *primo Marzo*. Franciſcus Zinus dicitur nepos illuſtris alterius Franciſci Zini, & frater Theodori. Anno 1663. hæc proverbia denuo recuſa fuere Tarviſii. De Peſcettio verba facit etiam idem Scipio Maphæjus pag. 227. *della Verona Illuſtrata*.

PETROCINUS Marcus a Cotiniola. „ Philoſophus, Legum peritus & Poeta, qui in „ lucem protulit libros quatuor vulgarium „ carminum. Ulterius: “ *La Coſtante Celinda Commedia. Una Paſtorale, ed un Operetta di varie rime*. Libanorius in libro: *Ferrara d' oro* P. III. fol. 202. Borſettus T. II. pag. 391. hæc de Petrocino enuntiant. Vocabatur quoque Petruccius. Creſcimbenius T. V. pag. 187. de eo verba facit, additque aliud opus ſacrarum Odarum ab ipſo compoſitarum.

PETRUS Epiſcopus Faventinus. Hunc ſanctæ memoriæ Epiſcopum appellat S. Petrus Damiani Epiſt. x. lib. V. Charta donationum factarum eidem S. Petro Damiani circa annum 1063. Eam edidimus in Append. T. II. Annal. Camald. col. 188. Alius Petrus Epiſcopus, qui ſe electum dicit anno 1116. Vide Monumenta Faventina col. 416.

PETRUS Canonicus Magiſter Faventinus. Virebat tempore Magiſtri Canonici Toloſani, & nominatur in tabulario Capitulari ad annos 1201. 1202. 1203. & 1210. Petrus alter dictus Papienſis, Magiſter & ipſe & Canonicus, relatus ad annum 1223. teſtamentarias tabulas condidit anno 1228. die prima junii; ex eodem Canonicorum archivo.

PETRUS Damiani (S.) Cardinalis S.R.E. & Epiſcopus Oſtienſis, Eremi Fontis-avellanæ, niſi fundator, ſaltem eximius reparator & propagator. Licet exploratiſſimum ſit, Petrum originem & natalem diem habuiſſe in urbe Ravenna, quam pluribus in locis patriam ſuam nominavit & dilexit, multis tamen titulis ad Faventinam urbem pertinet, in qua & tyrocinia ſtudiorum ſuorum poſuit, & eremos tam Gamundienſem quam Aceretanam in ejus territorio fundavit, & Epiſcopos ac Clericos hujus urbis ſumma dilectione eſt proſequutus, vacanteque Epiſcopatu laboravit in conſignandis pueris, vel in aliis Epiſcopalibus muniis, quare ſi non Epiſcopus, officia tamen Epiſcopi ſupplevit; in qua demum civitate ſancto fine quieſcens, oſſa ipſius humata & recondita fuere in eccleſia S. Mariæ foris portam, dicta recentioribus temporibus S. Mariæ ab Angelo, cui tercentis annis ibi Avellanenſes monachi inſervierunt, unde & civitatis Faventinæ Protector fuit declaratus, ſemperque habitus, & peculiari cultu a civibus honoratus. Circa annum 1741. prodiit ſcriptum quoddam Anonymi Faventini, in quo auctor, citatis Fantagutio, Longo aliiſque Scriptoribus contendit probare Petrum Damiani natale ſuum ſortitum fuiſſe in territorio Faventino ex abjectis pauperibuſque genitoribus. Confutatum fuit hocce opuſculum ab altero Anonymo Ravennate, epiſtola data die 20. auguſti ejuſdem anni.

Egregia & bene multa Petri Damiani opera legi poſſunt diſtributa per tempora in Annalibus Camaldulenſibus Tomo II. Illud unum addimus floruiſſe ejus ævo in urbe Faventina Canonicos & Clericos, doctrina, pietate, & prudentia inſignes, ut in pluribus locis ipſe ſcriptum reliquit, præſertim in Opuſculo de tempore celebrandi nuptias, inſcripto V. & P. Clericis Faventinis, & in epiſtola x. libri V. quare jure merito locum ipſi damus in hac ſylloge noſtra clarorum literatura Faventinorum.

PETRUS a Faventia O. Min. Conv. Affertur inter eos Theologos Ferrarienſis Collegii a Borſetto, qui ab anno 1490. ad 1579. floruerunt.

PHILIPPINUS de Verallis Prior Conventus Faventini Ordinis FF. Prædicatorum anno 1282. Scholaribus Archigymnaſii Bononienſis accenſetur, apud Sartium in Append. pag. 244. ex codicibus Memorialium archivi publici Bononiæ, incipientibus ab anno 1265.

PHILIPPUS de Balneocaballo. Theologus inſignis ac eloquentiſſimus Concionator, qui circa initium ſeculi XVI. floruit. Ex Borſetto T. II. pag. 387. qui citat Johannem-andream Quenſtedt in ſuo Dialogo de Patriis Virorum illuſtrium pag. 341.

PHILIPPUS alter de Faventia ex O. Minorum. Adducitur ab eodem Borſetto T. II. pag. 479. ad annum 1474. diem vero quartam maji.

PHILIPPUS a Faventia, Guardianus, Concionator, Definitor & Magiſter novitiorum ex ordine FF. Cappuccinorum Conventu Faventini. Pie deceſſit anno 1739 ſenio confectus in eodem Conventu. Poſtrema ætate ſcripſit: *Vita del P. Carlo Girolamo Severi da Faenza Cappuccino illuſtre in Santità e vita*.

Digitized by Google

*vita . In Faenza 1733. in 4. preſſo Carlo
antonio Maranti*. Eam dicavit Cardinali Tho-
mæ Ruffo Epiſcopo Ferrarienſi Ludovicus
Africanus Severolus, fratris Caroli nepos.

PHILIPPUS . Ord. Servorum B. Mariæ .
Gianius & Garbius in Annalibus Servorum
Tom. II. pag. 9. ſcribunt , Tonduccium in
Hiſtoria Faventina pag. XXXVIII. memorare
circa annum 1500. fratrem quemdam Phi-
lippum Faventinum O. Servorum , quem di- A
cit floruiſſe ſcientiis maxime inſtructum ,
ideoque cathedris in eodem Ordine conſpicuo
ribus prælatum fuiſſe.

PHILOPONORUM Academia . Vide *de
Filoponi Accademia*.

PIACENTI Joſeph. Poeta Balneocaballen-
ſis anno 1764. Coletus pag. 96.

PIGNA Johannes-baptiſta . Vide *Nicoluc-
cius Johannes-baptiſta , dictus Pigna*.

PIGNATELLUS Antonius S. R. E. Car-
dinalis Epiſcopus Faventinus anno 1682. B
nuntium remiſit ei eccleſiæ anno 1687. ad
Neapolitanam tranſiens, & poſt quadriennium
ad ſummum Pontificatum , aſſumpto nomine
Innocentii XII. Honoris cauſa nominamus .
Cecinit in ejus electione ad Epiſcopatum Fa-
ventinum Carolus-Andreas Sinibaldus.

PISCINUS Philippus Monachus Camaldu-
lenſis & Abbas S. Michaelis de Arretio titu
laris. „ Viſitatio facta anno 1590. una cum
„ Actis Judiciariis & Synodo in caſtris di
„ tionis Ravennianæ de jure Abbatiæ Claſ-
„ ſenſis , auctoritate Abbatis Avellanenſis. " C
Extat in archivis Claſſenſi , & S. Romualdi
de Urbe Monachorum Camaldulenſium.

PISIGNOLUS Franciſcus. Conventus Bal-
neocaballi O. FF. Min. Conv. alumnus, teſte
VVadingo T. IV. pag. 385. ad annum 1273.
& S. Theologiæ Doctor inſignis , deceſſit an-
no M. CCCC. L.

PIUS Rodulphus, Leonelli Pii, Carporum,
Meldulæ & Sarſinæ Domini filius , Alberti
patrui nepos, anno 1500. natus , Epiſcopus
Faventinus creatus fuit a Clemente pp. VII.
anno 1528. poſt obitum Jacobi Paſii & Pe- D
tri-andreæ Gammari, inde electus anno 1535.
a Paulo pp. III. S. R. E. Cardinalis . Lega-
tionum Apoſtolicarum cauſa quas toto fere
vitæ ſuæ tempore obivit , eccleſiam Faventi-
nam abſens per Vicarios gubernavit uſque
ad annum 1544. quo eam reſignavit Theo-
dorico ſive Theodoro fratri, ſed hoc obeunte
anno 1562. ceſſit eamdem cathedram Johan-
ni-baptiſtæ Sighicellio, ac poſt biennium, hoc
eſt anno 1564. fato functus eſt . „ Rodul-
„ phum tanquam oraculum , inquit Ughel-
„ lius Tom. II. col. 906. concelebrant Sa-
„ doletus, Bembus , Sepulveda in epiſtolis , E
„ neque ipſius virtutes tacuit Jovius , Sa-
„ bæus , Orlandinus , Gabutius in vita Pii
„ V. Janus Vitalis , Ciabrera aliique . Non
„ modo in artibus excellentes viros amavit ,
„ ſed ideo videtur amaſſe, quod eaſdem ar-
„ tes apprime calleret . Studuit autem quam
„ maxime venerandæ antiquitati ; quamo-
„ brem ſuos hortos Carpenſes in Quirinali
„ perantiquis ſtatuis , ſignis , tabulis, ſepul-
„ cralibus inſcriptionibus , quas in gratiam
„ ſtudioſorum pulcherrimo ordine diſtribuit ,
„ opplevit . Quam autem Paſtorem ſuum
„ Faventia veneraretur , haberetque in pretio,
„ in publico Communitatis palatio eidem erecta
„ inſcriptio abunde teſtatur : "

„ Rodulpho Pio S. R. E. Cardinali,
„ Defenſori Noſtro.
„ Hæc nobiliſsima Piæ gentis inſignia,
„ Quibus excelſus hic
„ Et illuſtris locus decoratur,
„ Memoriam renovant
„ Illuſtriſſimi Pii Cardinalis Ampliſſimi,
„ In quem unum
„ Se tota convertit civitas;
„ Quem Senatus,
„ Quem omnes boni intuentur,
„ Et in quo ſolo hujus urbis nititur ſolum.

Omnes fere Poetæ ejus temporis laudes di-
xere Rodulphi. Dixit Jacobus Bonfadius Bri-
xienſis , quos verſus legimus T. II. Carmi-
num Poetarum Illuſtrium Italorum Floren-
tiæ editorum anno 1719. pag. 417. Cecinit
Franciſcus Coſentinus pag. 121. Tomi V.
Cecinit Bernardinus Rota Neapolitanus pag.
144. Tomi VIII. cujus poſtremi carminis
initium ſubjicimus:

„ O quem Roma vocat merito decus
„ Urbis & Orbis
„ Quem vocat humani delicias ge-
„ neris.
„ Cui jam templa , aras ponit , quo
„ Principe magna
„ Concipit ſupplex vota , preceſque
„ parat &c. "

Cecinere M. antonius Flaminius, Janus Vi-
talis , Hieronymus Borgius aliique permulti.
Non minima quoque Rodulphi Pii laus
eſt, ipſum mſs. Codices conquiſiviſſe & ſer-
vaſſe, ac Bibliothecam inſignem inſtruxiſſe,
quam Latino Latinio moriens legavit. Ipſam
commendavit tempore ipſo , quo Prælatum
Rodulphus agebat, Jacobus Sadoletus . Præ
ceteris cimelis ejus Bibliothecæ memorandus
venit inſignis ille codex Virgilii in Bibliothe-
ca Magni Ducis Ethruriæ nunc aſſervatus ,
correctus manu Turcii Rufi Aſterii Appro-
niani , qui Conſul fuit A. C. 494. ac pro-
pterea ante fere mille trecentos annos uncia-
libus literis exaratus , qui antequam in Me-
diceam inferretur , ſpectabat ad Cardinalem
Rodulphum , ut teſtis eſt Achilles Statius
Luſitanus in ſuo Epigrammate, quod ex Bi-
bliotheca Latina Johannis-alberti Fabricii To-
mo I. pag. 258. exſcribimus:

„ Purpureos ſparge in frontem atque
„ in cornua flores,
„ Albaque ter plenis lilia da manibus.
„ Namque vides ſecli monumentum in-
„ ſigne prioris,
„ Quo neque nobilius, nec prius ex-
„ tat opus.
„ Felix ſorte ſua & vita Maro dignior,
„ unum
„ Hoc ſupereſt de tot millibus arche-
„ typum.

„ Mæce-

„ Mœcenas ne tu cum te ſimul ipſe
„ perires,
„ Arma feri juſſit militis eſſe procul.
„ Et tua Rodulphi, quæ non obliterat
„ ætas
„ Ulla piæ ſervant hæc monumenta
„ manus. “

Petrus Victorius pariter in præfatione ad Marcellum Cervinum Cardinalem ſcribit Opera Clementis Alexandrini edita Florentiæ anno 1550. ſe eduxiſſe e Bibliotheca Medicea, collato ad Protrepticum & ad Pedagogum Clementis, etiam Rodulphi Pii Carpenſis codice. Unde & Gentiamus Hervetus allatum ſibi Græcum Codicem hunc antiquiſſimum & permultis in eo adjectis Scholiis illuſtratum in Latinum vertit, & eodem anno pridie Kalendas januarias ex Roma omnia Clementis opera Florentiæ impreſſa nuncupatoria epiſtola Rodulpho dicavit; quæ editio repetita fuit Coloniæ Agrippinæ cum eadem epiſtola anno 1569.

Mæcenas erat Cardinalis Pius ſtudioſorum omnium, qui confluebant, ut ſua ei ſcripta dicarent. Petri Galatini opus de Anima Intellectiva & de Homine ipſi dicatum fuit. Dionis Chryſoſtomi Diſſertationes Græce a Friderico Turriſano editæ Venetiis anno 1551. nuncupatæ ipſi fuere. Philippus Rondininus Canonicus Faventinus pag. 373. de S. Clemente ejuſque Baſilica, ſcribit dedicatum fuiſſe Cardinali Pio opuſculum Antonii Solæſii Carpinatis de Veneratione & Invocatione SS. in Deſiderium Eraſmum Roteradamum.

Neque minus ſollicitus fuit Cardinalis preſarta tectaque facienda diſciplina eccleſiæ ſuæ Faventinæ. Typis Ferrarienſibus ſiquidem imprimi mandavit Conſtitutiones Faventinas, quas anno 1533. promulgaverat. Provincias quoque, quas gubernavit, tum Prælatus, tum Cardinalis, Conſtitutionibus munivit, & quæ latæ fuerant ab Ægidio Cardinale Albornotio, ipſe eas auxit, purgavit, explicavit, & ad tempus ſuum accommodavit, obtenta etiam a Paulo pp. III. earumdem confirmatione, quas in ſex libros redegit. Glorioſa proinde fuit & ſeculis futuris erit ipſius memoria, ſed præſertim apud Faventinos.

POGGIALI Ludovicus Presbyter Briſichellenſis, ſed puerorum præceptor in urbe Veronenſi, ſcribebat circa annum 1550. opera & vitas Sanctorum, quas colligebat Aloyſius Lippumanus Veronæ Epiſcopus, ut ipſe Ludovicus aſſerit in epiſtola ad Jacobum Spadam amicum ſuum eodem anno die XIV octobris. Familiariſſimus erat, neque unquam a latere diſcedebat Lippomani Ludovicus, quocum etiam facile in Germaniam perrexit, dum is Legatione Pontificia fungebatur. Extant epiſtolæ, quas per vicennium Poggialus ſcripſit eidem Jacobo, teſte Magnano T. II. pag. 46.

PONOSO Franciſcus Faventinus. „ De „ rebus geſtis Alexandri Magni libri quinque „ ad Hieronymum filium, ex Quincto Cur„ tio compilati. “ Ad calcem: „ Datum „ Faventiæ die vigeſima menſis maji per ge„ nitorem tuum F. de P. “ Extant in Bibliotheca Riccardiana Florentiæ ex recenſione Lamii pag. 202.

PONTELONGUS Franciſcus Faventinus. „ Sanguine & moribus honeſtiſſimus, O. FF. „ Min. Conv., olim in auguſto S. Antonii „ Patavino collegio Regens, nec non Emi„ nentiſſimi Cardinalis Cennini Theologus, „ Cardinali Roſſetto itidem Epiſcopo Faven„ tino Cennini ſucceſſori acceptiſſimus, vi„ tam cum morte commutavit anno 1680. „ ſexageſimo ſeptimo ſuæ ætatis anno, die „ XXIII. octobris. Scripſit Logicam ad men„ tem ſubtiliſſimi Scoti, quam dicavit Fede„ rico Sfortiæ S. R. E. Cardinali Procame„ rario Epiſcopo Ariminenſi, in lucem emiſ„ ſam editam Bononiæ anno 1647. in 4. ty„ pis Jacobi Montii. “

„ Philoſophicarum diſputationum primam „ partem nuncupavit Cardinali Roſſetto, im„ preſſam Utini anno 1653. in 4. ex typo„ graphia Nicolai Schiratti. “

„ Philoſophicarum diſputationum ſecundam „ partem obtulit Raynaldo Principi Eſtenſi „ Paduæ 1662. in 4. “

„ Reſponſiones adductis contra doctrinam „ ſuam a P. Rubeo de Lugo dicavit S. An„ tonio Patavino. Forolivii 1660. in 8. “

Hæ referuntur Pontelongi lucubrationes a Johanne Franchino in Biblioſophia pag. 245. qui in ejus vita, quam fuſius contexuit, ceteros ætate ſuppares Faventinos, ejuſdem Ordinis aſcetas, & illuſtres viros per compendium nominat & laudat. Præcipuum Pontelongi ſtudium fuit illuſtratio ſui Magiſtri Scoti, ad cujus normam diſputationes ſuas exegit, in quibus cum Scotiſtis & aliis doctoribus, quos Meldulenſis & Catanenſis ſequuntur, præcipue diſſeruit.

Milcettius noſter, cui Pontelongus erat optime cognitus, utpote conterraneus ſuus, epiſtola XLI. inter illas varii Styli pag. 60. laudat Pontelongi dramaticam ſacram Judithæ lucubrationem.

PORCATIUS Philippus Philoſophus & Theologus eximius ex eodem ordine FF. Min. Convent. Balneocaballi, multis annis cum plauſu & honore docuit Venetiis, Bononiæ & etiam Pariſiis, & gradum ſibi faciens per omnia religionis officia, ſupremam Miniſtri generalis dignitatem aſſequutus eſt anno 1509. In præcipuis etiam Italiæ urbibus Verbum Dei ſuis concionibus diſſeminavit, & non tantum cathedras rexit Venetiis, Bononiæ & alibi intra Ordinis clauſtra, ſed & in publica Bononienſi Univerſitate ſtipendio Pontificio emeruit. Metaphyſicam & Theologiam præcipue profeſſus eſt, & bis ante Generalatum, Bononienſem provinciam gubernavit. In pace defunctus eſt die decima ſeptembris anni 1511. expleto uno tantum anno in majori ſuæ religionis officio. Humatus fuit Romæ in eccleſia SS. XII. Apoſtolorum, ubi honorificum epitaphium meruit, in quo inter cetera enuntiatur, quod a Julio II. Summo Pontifice, qui ejus doctrinam maximi faciebat, ad ardua negotia pro utilitate Fidei orthodoxæ vocatus, in ea urbe mortem oppetiit; Ex VVadingo T. XV. Annal. pagg. 419. & 431. Marcheſius in Monum. Vir. Ill. ait obiiſſe anno 1510. & citat Rodulphum a Tuſſiniano in Hiſt. Seraph. lib. II. pag. 193. Monumentum etiam ei fuit appo-

Digitized by Google

appoſitum una cum aliis duobus Miniſtris generalibus, qui ex conventu Balneocaballenſi aſſumpti fuere, in eccleſia S. Franciſci ejuſdem loci, quod refertur a Coleto pag. 87.

Porcatii opera. „ Scotus noviſſime cum „ emendatiſſimo codice Pariſienſi caſtigatus, „ additis reſponſionibus & adnotationibus „ opinionum. Venetiis per Bonettum Locatellum xiv. Kal. januarias 1497. in fo„ lio. “

„ Quæſtiones Quodlibetales Scoti. Venetiis „ tertio nonas februarii 1497. per eumdem „ in folio. “

PORCELLUS Thomas Brixichellenſis. Referimus librum, quem tamen non vidimus, cujus titulus eſt iſte: „ Epiſtola, qua Petrus Con„ ti Thomæ Porcelli Brixichellenſis auditor reſ„ pondet animadverſionibus de Infinitorum æ„ qualitate, ipſi traditis a Johanne Conſolini P. „ Angelici a Viadana Min. Obſerv. auditore, „ oſtenditque poſſe infinitum eſſe alio majus. „ Bononiæ 1764. ex typographia S. Thomæ „ Aquinatis in 8. pag. 30. “

PRÆDICATORUM Ordinis Lectores & Studentes. *L' Avvocato di S. Chieſa. Oratorio ſagro da recitarſi nella chieſa de RR. PP. di S. Andrea di Faenza l' anno 1729. nel ſollennizzarſi la feſta annuale della traslazione del corpo dell' Angelico e Quinto Dottore di S. Chieſa S. Tommaſo d' Aquino, dedicato a D. Benedetto Giorgi Prelato Vallombroſano. In Faenza nella ſtamperia dell' Archi.*

Eadem ratione memoramus: *Poetici componimenti in occaſione d' eſporſi alla pubblica venerazione nella chieſa de PP. Domenicani di Faenza un Quadro, che rappreſenta S. Vincenzo Ferrerio in atto di predicare il Giudizio univerſale; Pittura del celebre Signore Arcangelo Reſani, dedicati all' Illuſtriſſimo e Reverendiſſimo Monſignore Raimondo de Conti Ferretti Arciveſcovo di Ravenna e Principe, da Franceſco-antonio Liverani. In Faenza per Gioſeffantonio Archi 1717. in 4.*

PRATA vel Prada (*de*) Guido. Honorifice nominatur a Dante una cum Ugolino Azonis de Ubaldinis. Hunc Tonduccius pag. 337. putat fuiſſe Scientiarum profeſſorem ob titulum Magiſtri, qui ipſi tribuitur ad annum 1322. Vixit circa finem Seculi xiii. & initio ſeculi ſequentis. Prata eſt locus territorii Faventini, haud procul a Ruſſio, videturque Guido nomen ſibi feciſſe ex loco.

PRITELLIS (*de*) Stephanus. Pritella gens Faventina nobiles & egregios viros patriæ protulit: Andream judicem anno 1313. Pritellum de Pritellis judicem generalem provinciæ Romandiolæ ſuper Criminalibus ſpecialiter deputatum anno 1344. Perоctum patrem Stephani, ſed Stephanum præ ceteris nominamus ratione veteris inſcriptionis, quæ ſita eſt ad lævam partem januæ eccleſiæ cathedralis, poſitæ anno 1394.

„ Pervigil obſequiis ſacris, nec ſtirpe
„ parentum
„ Degener egregiis hanc almam condidit
„ aram
„ Strenua progenies Perati (Perocti) ſan-
„ guine ſatus
„ Quem Pritella vetus genuit ſtirps al-
„ ma, colendum
„ Poſteris exemplar Stephanus, cunctiſ-
„ que recentem
„ Condidit innocuum, quem cernis mar-
„ more fontem;
„ Nec modo nunc primis flaveſcunt Tem-
„ pla figuris;
„ Proſpice geſta trium Regum, ſimul
„ aurea tecta
„ Corpore Franciſci, magnus quo tem-
„ pore Princeps
„ Imperat Aſtorgius populis, quos lu-
„ bricus Amon
„ Luſtrat, Manfredum claro de germine
„ florens.
„ Nunc, ne Martial ſtudii ſit indolis
„ expers
„ Militiæ flos, ſummus enim dat pignus
„ amoris.
„ Tempora currebant Chriſti nativa po-
„ tentis
„ Bis duo tunc decies novem cum mille
„ tricentis.

„ D. O. M.

„ Johannes-evangeliſta Pritellius Canonicus
„ Faventinus
„ Antiquiſſimum lapidem hunc nobiliſſimæ
„ familiæ Pritellæ.
„ Anno Domini M. DC. VI. P. M.

PUJESIUS Angelus. Locum habet inter excellentes Juriſconſultos Faventinos in epiſtola Johannis-antonii Flaminii.

PURPURINUS Baroncinus. Vide *Baroncinus Purpurinus*. De ipſius commentariis ad Kalendarium Romanum Amiterni effoſſum videatur Diarium Romanum anno 1680. pag. 31. Deſunt in ipſo Kalendario primi menſes uſque ad Julium.

Q

QUARANTINUS Johannes-baptiſta Faventinus Artium atque Medicinæ Doctor, inſuper Poeta; quod diſcimus ex epigrammate Latino ſuppoſito Elenchorum Ariſtotelis libro, quem Latio donavit Petrus-nicolaus Caſtellanus. Ipſum ſubjicimus:

„ Cedite Grammaticæ ſophiæ, qui Græ-
„ ca refertis,
„ Enarratores cedite Barbarici.
„ Interpres novus ecce ſtylo, ſed & arte
„ diſertus,
„ Et totus magnus cultor Ariſtote-
„ lis.
„ Nunc Peripatetici melius grave dogma
„ Lycæi.
„ Nicoleus transfert noſter, & omne
„ docet.

Hexaſtichon aliud ejuſdem Quarantini ad librum Hieronymi Armellini contra Tiberium Calabrum.

„ Eja age, doctorum volites ad tecta
„ virorum
„ Vera Armellini ſcripta libelle ma-
„ nu.

„ Auctoris Calabri fidei concordibus „ almæ
„ Senſibus evertas dogmata ficta tuis.
„ Atque Faventinam mirandis laudibus „ urbem
„ Extolle, & Chriſti regmine tutus eas.

En aliud coævum teſtimonium, quo probatur Hieronymum non ex Armenina, ſed ex Armellina Faventina gente prognatum eſſe. Vide *Carolus Marianus*. Arguitur etiam erroris Michael Pio in Hiſtoria S. Dominici T. I. pag. 490. qui Hieronymum Armellinum vocat Antonium. Ex iis carminibus deducitur pariter ætas Johannis-baptiſtæ Quarantini Poetæ non incelebris; ſcilicet vixit initiis Seculi XVI.

R

R . . . ſive Radulphus vel Rodulphus Canonicus Faventinus, cui Honorius pp. III. commiſit, ut decideret cauſam, quæ vertebat inter Comitem Rogerium fratreſque ejus, filios Guidonis Guerræ de Thuſcia, e familia Comitum Guidiorum, & inter Simeonem Archiepiſcopum Ravennatem ſuper caſtro Montis-bovarii anno 1224. Hujuſmodi commiſsio extat in tabulario Archiepiſcopali Ravennæ Capſ. L. num. 4985.

RACTIUS Hieronymus e Maradio. Ejus opera recenſentur in Catalogo Bibliothecæ Capponianæ pag. 318. Hieronymi nomen obtinuit in baptiſmate, qui poſtea Ordinem Camaldulenſem profeſſus, dictus fuit Silvanus Ractius. Vide *Ractius Silvanus*.

RACTIUS Seraphinus Maradienſis. Florentiæ in monaſterio S. Marci Ordini FF. Prædicatorum nomen dedit anno 1549. decimo octavo ſuæ ætatis anno. Deceſsit anno 1613. Ejus opera, quibus conficiendis totam vitam ſuam impendit, enumerat Jacobus Eccardus. T. II. pag. 386. Scriptorum O. Prædic., quorum hæc ſunt potiora inter edita & mſs.

Prælectiones in Porphyrium anno 1560.

Lectura in IV. libros Ariſtotelis de Phyſico auditu. 1562.

De diviſionibus entis.

Lectura in libros III. Ariſtotelis de Anima. 1563.

Quatro libri ſopra la Sfera del Mondo.

Della natura e proprietà delle Api. In Lucca 1588.

De Incarnatione Collationes in ſtudio Peruſino 1573.

Prælectiones in D. Thomam Aquinatem de ſubſtantia & cognitione Angelorum 1584.

De voluntate & productione Angelorum 1585.

De locis theologicis Prælectiones in explicationem Melchioris Cani. 1586. 1587. Extat epiſtola fr. Zenobii Acciajolii O. P. data Peruſiæ anno 1602. in commendationem Prælectionum Ractii in editione Peruſina anni 1603. Eo anno Ractius ſeptuageſimum ætatis excedebat, & eas quindecim annis apud ſe occultas tenuerat.

La Corona Angelica, e ſia della ſoſtanza degli Angioli.

Cento caſi di coſcienza. In Fiorenza 1578. & 1585. In Venezia, in Genoa 1586.

Gemma confeſſorum, ſeu ſumma caſuum conſcientiæ.

Caſi, e ſiano peccati della lingua.

Caſi di coſcienza 1590. 1596. 1597.

Riſpoſte a dubbj teologali 1598.

Lezioni ſopra Tobia. In Fuligno 1569. 1570.

Lezioni ſopra Giuditta ed Eſter 1572. In Fuligno.

Conciones de peccato, ex D. Thoma. 1573.

Lectiones nonnullæ ſuper Tobiam. Peruſiæ 1583.

Un libro di ſermoni predicabili fra l' anno, ſtampati in Fiorenza 1575.

Sermoni predicabili per l' Avvento e Quareſima. In Fiorenza 1590. P. III. in 4.

Sermoni della glorioſa Vergine e Madre di Dio. In Fiorenza 1593.

Sermoni predicabili della Penitenza.

Sermoni predicabili per tutto l'anno. 1598.

Sermoni predicabili per tutte le Domeniche e Feſte dell' anno.

Sermoni avuti in Prato 1593.

Expoſitionum evangelicarum ex concionibus Fr. Philippi Diez ſelectis.

„ *Inſtituzioni del Taulero fatte volgari al-* „ *la Principeſſa di Fiorenza Giovanna di Au-* „ *ſtria.* In Fiorenza 1598. *premeſſa la vita* „ *del Taulero.* " Has traduxit anno 1567. cum Prioratus officio fungeretur in Conventu Feſulano S. Dominici, impulſu Theclæ Landi Prioriſſæ parthenonis S. Catherinæ de Senis in urbe Florentiæ, & Angelicæ Ractiæ ſororis ſuæ Sanctimonialis in eodem aſceterio, atque edendas tradidit Junctis fratribus. Philippus vero Juncta iterum edidit anno 1590.

Un Libro di Laudi con la propria muſica. In Venezia 1563.

Il Roſario della Madonna in ottava rima con le annotazioni. In Fiorenza 1583.

L'Innario Domenicano. In Perugia 1587.

Nuovo libro di Laudi overo Rime ſpirituali. In Fiorenza 1609.

Vite de SS. e BB. del ſagro ordine de Predicatori così Uomini, come Donne. In Fiorenza 1577. *con aggiunte* 1588. *e in Palermo* 1605.

Storia degli Uomini illuſtri nelle Prelature e dottrine dell'Ordine de Predicatori. In Lucca 1596.

La Vita di S. Maria Maddalena, di S. Marta e di S. Lazaro. In Fiorenza 1587.

La Vita della B. Oſanna da Cattaro 1592.

La Vita di Suor Cattarina de Ricci. In Lucca 1594. 1641.

La vita di S. Giacinto con la ſua canonizzazione. In Fiorenza 1595.

Giardino di eſempj, overo fiori delle vite de i Santi. 1594. In Fiorenza; *Con aggiunte* 1597. *e in Venezia con nuove addizioni* 1599.

Della vita del Servo di Dio Frà Hieronimo Savonarola libri tre.

Scritture, documenti, e teſtimonianze, miracoli e grazie, e varie Apologie intorno al prefato Savonarola.

Brevi riſpoſte alle oppugnazioni di Frà Ambrogio

Digitized by Google

brogio Polisi contro la dottrina e profezie del Savonarola.

Difeſa generale della vita e della dottrina del medeſimo.

Cronaca della Provincia Romana dell' Ordine de Predicatori, in cui ſi deſcrivono le fondazioni di tutti i conventi di quella.

La vita del ſantiſſimo rege e profeta Davitte.

La Storia di Raugia in tre libri. In Lucca 1595.

Narrazione degli Arciveſcovi di Raugia l' anno 1589.

Scritture fatte in Raugia l' anno 1587. *e* 1588.

Dell' origine della milizia e degli coſtumi de i Turchi narrazioni di Monſignor Martino Segonius Veſcovo di Dolcigno al Sommo Pontefice Siſto IV. fatte di Latino volgari da Frà Serafino Razzi.

Silvanus Ractius ejus frater, de quo infra, anno 1575. Florentiæ per Bartholomæum Sermartellium edidit: *Sermoni del reverendo P. F. Serafino Razzi dell' ordine de frati Predicatori per le più ſolenni, così Domeniche, come feſte de Santi*; & dicavit eas Theodoſiæ Orſinæ Sanctimoniali in S. Petro Urbisveteris, & ſorori Ersiliæ & Beatricis. Ad calcem horum ſermonum extat epiſtola Silvani ad D. Stephanum Pazzanum a Saxolo Eremitam Camaldulenſem, qua dignis laudibus commendat lectionem horum ſermonum, qui privatim ante editionem lecti fuerant a Sanctimonialibus S. Petri de Luco, & S. Johannis-evangeliſtæ de Buldrone Ordinis Camaldulenſis.

RACTIUS Silvanus Maradienſis, Seraphini frater; In lucem venit anno 1527. Benedictum Varchium Florentiæ audiit. Secularis adhuc comœdias & tragœdias aliquot concinnavit, *La Cecca*; *La Balia*; *La Goſtanza*; *La Giſmonda*; *Il Tancredi*. Camaldulenſium habitu recepto in æde S. Mariæ-angelorum de Florentia, totum ſe ſpiritualium & utilium rerum ſcriptioni dedit; quarum ſyllabum hic exhibemus:

Dell' economia Criſtiana e civile.

Raccolta di orazioni a Criſto, e alla beatiſſima Madre Maria 1556. 1607. 1608.

Miracoli della glorioſa Vergine Maria. 1576. & pluries deinceps.

Damone paſtore di Pratolino. Ecloga della ſanta vita e morte della Regina Giovanna d' Auſtria gran Ducheſſa di Toſcana 1578. *a Laudomia Stuffa monaca di Boldrone.*

Vite di quattro Uomini illuſtri, Farinata degli Uberti, Duca d' Atene, Salveſtro Medici, e Coſmo Mediciil più vecchio. In Fiorenza 1580.

Vite di cinque Uomini illuſtri. 1602. 1610.

Vita overo azioni della Conteſſa Matelda a Don Giovanni de Medici. 1587.

Vita di Benedetto Varchi. 1590.

Vita della glorioſa Vergine Maria 1594. 1618. 1624.

Vita di S. Giovanni batiſta. 1590. & 1603.

Corona del Signore in forma di orazioni 1591.

Vite delle Donne illuſtri per Santità. 1595. uſque ad annum 1606. Vol. VI. in 4.

Vite de Santi e Beati dell' ordine di Camaldoli. 1600.

Vite de Santi e Beati di Toſcana 1601. P. II.

Vita del beato Michele Romito Camaldoleſe. 1604.

Litanie di noſtra Donna, che ſi cantano nella ſua caſa di Loreto con alcune dichiarazioni. 1604.

A *Quadrageſimale overo meditazioni per ciaſcun giorno di Quareſima conformi all' Evangelio*. 1607. 1608.

Vita di Criſto noſtro Signore.

Trattato della Miſericordia.

Vita di S. Antonino Arciveſcovo di Firenze.

Vita di Caſtruccio Caſtracani.

Vite di Corſo Donati, di Uguccione della Fagivola, del Cardinale Antonio-maria Salviati.

Vita di S. Filippo Neri, ad Aleſſandro del Caccia Veſcovo di Piſtoja.

B *Vita di Pietro Soderini ultimo confaloniere di Fiorenza.*

Vite degl' Imperatori fino a Carlo V.

Annali eccleſiaſtici Fiorentini.

Trattato delle virtù.

Deſcrizione del ſagro eremo di Camaldoli.

Epiſtola de libris Bibliothecæ Angelorum Florentiæ e puerorum manibus eripiendis.

Carmina Etruſco metro ac rythmo plurima.

Inſuper in Italicam linguam convertit ſequentes libros.

Evangeliſtario di Marco Marulo Spalatenſe. In Firenze 1571., *e in Venezia* 1580.

C *Vita e Regola del ſantiſſimo Padre noſtro Benedetto con annotazioni. In Firenze* 1593.

Regole della vita eremitica 1575.

Hiſtoria della Paſſione di Gesù Criſto, ſcritta da Giovanni Fero 1573.

Somma del Cardinale Vio Gaetano.

Annali eccleſiaſtici di Ceſare Card. Baronio Tomo primo.

In Regulam S. Benedicti declarationes & Conſtitutiones Camaldulenſes. Has Latinitate donavit anno 1572.

Le Vite de Pittori di Giorgio Vaſari.

D *Dialogo di Dioniſio Cartuſiano della Riformazione delle Monache. In Firenze* 1582.

Correxit inſuper caſtigavitque: *La diſciplina ſpirituale di Frà Domenico Cavalca dell' Ordine de Predicatori.*

Emiſit in lucem: *Il primo libro delle orazioni del Cavalier Lionardo Salviati*, quem nuncupavit anno 1575. Antonio-mariæ Salviato Nuntio Apoſtolico ad Galliarum Regem, poſtea Cardinali.

Obiit ſcriptis & meritis clariſſimus Silvanus anno 1611. LXXXIV. ſuæ ætatis anno. Cetera de ipſo fuſe leguntur Tomo VIII. Annalium Camaldulenſium.

E Quoad opera, quæ retulimus ipſum adhuc in ſeculo manentem compoſuiſſe, hæc referuntur in catalogo Bibliothecæ Capponianæ pag. 318. *La Balia, commedia nuovamente riſtampata. Firenze per i Giunti* 1560. *in* 8. *Ivi per i medeſimi* 1564. *in* 8.

La Cecca, commedia. Ivi per i figliuoli di Lorenzo Torrentino 1564. *in* 8.

La Giſmonda tragedia. Ivi per Bartolommeo Sermartelli 1569. *in* 8.

RADULPHUS B. Faventinus O. Prædicatorum. Unus ex primis alumnis Conventus S. Andreæ ejus urbis. Magnam partem habuit in proceſſu canonizationis S. Dominici, qui vivens eum maxime dilexerat, uſuſque eo fuerat familiariſſime, præſertim in œconomica re. Apud Eccardium in Script. O. Præd. T. I. pagg. 15. & 125. Inſignem Doctorem Legum, Canonicum Bononienſem, & Rectorem eccleſiæ S. Andreæ in Vineis appellat auctor Diarii Sacri Dominicani pag. 246.

RAGUSIUS Johannes baptiſta Faventinus Abbas Claſſenſis. Ipſi anno 1591. Exuperantius Ferretus nepos Johannis-petri Ferretti Ravennatis, Epiſcopi Lavellinatum die xxv. junii dicavit ex urbe Ravenna opuſculum patrui ſui de Viris illuſtribus Ravennæ, ubi de Romualdo & de Petro Damiani præſertim differitur.

RAMBERTUS Epiſcopus Faventinus ab anno 1142. ad 1172.

RAMENGUS Bartholomæus. *Bagnacavallo* vulgo dictus ex patrio natali ſolo, celeberrimus ſuo tempore Pictor, Raphaelis Urbinatis diſcipulus, floruit Seculo XVI. Ipſius tabulæ placuerunt Ludovico Caraccio, atque multæ ipſarum viſuntur Bononiæ, indicatæ in libro, cui titulus: *Pitture di Bologna dell' Aſceſo Academico Gelato*. De Bartholomæo parum æque ſentit Vaſarius P. III. Vol. I. in vita ejuſdem, ſed eum confutat Malvaſia T. I. P. II. in vita ſimiliter ipſius. Videatur etiam Orlandius in Abecedario Pictorico. Extat Bartholomæi protome ex lignea inciſione in ampliſſima collectione noſtra Imaginum Virorum Illuſtrium.

RAMENGUS Bartholomæus junior, ſenioris ex fratre nepos. Ipſius quoque mentionem facit Malvaſia.

RAMENGUS Johannes-baptiſta conſobrinus Bartholomæi ſenioris.

RAMENGUS Scipio alter primi Bartholomæi conſobrinus. Omnes liberali arti Picturæ cum laude operam dedere. Meminere de omnibus Malvaſia & Orlandius, Borſettus quoque T. II. pag. 456. Coletus vero in notitiis præviis Balneocaballi pag. 13. Bartholomæum Ramengum ſeniorem, & celeberrimum præ ceteris Pictorem, natum aſſerit anno 1402. profeciſſe vero in ſchola Raphaelis Urbinatis, amicumque fuiſse Innocentii Imolenſis, Hieronymi Cotiniolenſis & Franciſci præſtantium pictorum ſui temporis, nonageſimo autem & octavo ætatis ſuæ anno deceſſiſſe deſinente Seculo XV. anno nimirum 1500., quod tamen componere nequimus, cum Raphael Urbinas floruerit initio Seculi XVI. mortemque oppetierit anno 1520. quare vel Bartholomæus Ramengus emereri non potuit in ſcholis Raphaelis, vel ejus vita trahenda erit ad Seculum XVI. non ad XV.

RAMIOLUS Bernardinus. A Flaminio celebratur inter egregios Pictores Faventiæ.

RAMONIBUS (*de*) frater Franciſcus Bartholomæus de Faventia, Rector parœcialis eccleſiæ S. Antonii Faventinæ urbis, alumnus Chriſtophori de Maſiis O. Prædicatorum eximii Concionatoris. Aſſertur a Fabbruccio in hiſtoria Studii Piſani T. XXIX. Opuſculorum ſcientificorum Angeli Calogerà pag. 331.

RAVAGLI Amedeus ex Min. Conv. Balneocaballi edidit.

La Prudenza in governo, tributo dogmatico politico dedicato con Accademia ſolenne a Monſignor Gianmatteo Vitelloni da Bagnacavallo nobile Ravennate, e Veſcovo moderno di Catanzaro in Calabria, dato alle ſtampe da un Religioſo chierico ſecolare, diſcepolo del medeſimo Padre. In Ravenna per Anton-maria Landi 1707. *in fol.* Clericus eſt Carolus Battaglia, qui nuncupavit eidem Præſato hoc opus, monitumque lectori adjecit. Amedeus autem orationes, duo modulamina concinnavit, & epigramma Italicum, cui adjecta ſunt pauca aliorum Poetarum epigrammata. Familia Ravaglia, alias appellabatur Corteſiorum. Ravagliorum gens erat pariter in oppido Maradienſi, ex qua floruit Petrus, olim Magiſter Bononienſis, inde eremita Camaldulenſis anno 1666. Vide Annal. Camald. T. VIII. pag. 483. erat etiam in oppido Briſichellenſi familia hujus nominis.

RAVELLIUS Lælius Briſichellenſis monachus Camaldulenſis Abbatiæ Claſſis, & ibidem ac Venetiis & Florentiæ Lector S. Theologiæ, Latine & Hebraice doctus, Scripit:

Curſum philoſophicum; & integrum philoſophiæ curſum in compendium redactum, & editum Ravennæ anno 1658. typis hæredum de Johannellis.

Curſum Theologicum mſs.

Conciones Quadrageſimales mſs.

Orationes Academicas & ſacras mſs.

Contra Hebræos conciones plures.

In obitum Cherubini Maleſpinæ O. FF. Prædicatorum, Burgi-ſancti-ſepulcri Epiſcopi, orationem mſs.

Carmina inſuper vario metro.

Sexagenario major defunctus eſt Cremonæ anno 1692.

RAYMUNDIS (*de*) Dominicus de Faventia calligraphus. Legitur ejus nomen in codice Latinis & Italicis gloſſis ad oram Danthis appoſitis, ab ipſo characteribus exarato, exſiſtente in Bibliotheca Magliabecchiana, teſtimonio Laurentii Mehus in vita Ambroſii Camaldulenſis

RECUPERATUS Andreas. Egregius vir, & eximius Doctor Legum, civis Faventinus & procurator ac Orator Galeotti Principis Manfredi anno 1480. ad quem extant ejuſdem Galeotti epiſtolæ. Vide Cavinam in continuatione hiſtoriæ Tonduccii pag. 500. Flaminius in epiſtola Andream laudat ceu inſignem Juriſconſultum Faventinum, adjungitque ipſi Antonium-mariam filium.

RECUPERATUS Auguſtinus „ frater ordinis S. Dominici, Faventiæ primum lucem vidit, ibique Ordini adoleſcens nomen dedit, virque evaſit pietate & doctrina commendatiſſimus. Procuratoris generalis in aula Romana munus ſeptem „ an-

„ annis ſapienter tutatus eſt ; tum a morte
„ Johannis de Fenario Magiſtri Ordinis Vi-
„ carius generalis a ſummo Pontifice con-
„ ſtitutus, tandem ad clavum noſtræ navis
„ ſupremum regendum eductus eſt anno 1539.
„ ſabbato vigilia Pentecoſtes die xxiv. maji
„ in Comitiis Romæ coactis , quem Magi-
„ ſtrum Ordinis vulgo quadrageſimum ter
„ tium numerant . Viſitationes de more a
„ provinciis in Regno Siciliæ conſtitutis in-
„ cepit , ſed vix exinde Romam redierat ,
„ cum morbo correptus immatura morte in-
„ terceptus fuit anno 1540. die xx. decem-
„ bris. Rovetta ad annum 1539. inter ſuos
„ Scriptores Lombardos recenſet , eique hæc
„ adſcribit opera, ſed pro more, ubi ſerven-
„ tur, aut a quo viſa, ſilens: Poſtillam ſu-
„ per Pſalterium . Tractatum de quarta fu-
„ nerum . Extat Romæ ejus Actorum regi-
„ ſtrum, & epiſtola encyclica ad univerſum
„ Ordinem e Capitulo, in quo facta fuit ejus
„ electio, in capite Actorum. " Hæc ad annum 1539. Eccardus Script. O. Præd. T. II. pag. 106.

RECUPERATUS Auguſtinus junior, ejuſdem Ordinis, ſed patria Briſichellenſis . Affertur a Tonduccio pag. 32. quem vide . Obiit anno 1670.

RECUPERATIS (*de*) Recuperatus frater ejuſdem Ordinis , & Conventus S. Andreæ de Faventia . Confecit ms. hiſtoriam urbis Faventinæ, quæ aſſervatur in Bibliotheca ejuſdem Conventus , in qua inter cetera narrationem habet Apparitionis, Miracula profert, & Officium cum Antiphonis propriis recitandum, in honorem S. Mariæ Gratiarum. Venerabatur imago hæc in eccleſia ipſorum fratrum , nunc autem translata eſt in majorem eccleſiam Epiſcopatus. Tranſcripſit ipſum chronicon ſeu hiſtoriam Petrus-maria Zannoni Faventinus ejuſdem Ordinis aſceta.

REGULUS Sebaſtianus Briſichellenſis. „ In
„ Ciceronis orationem in C. Verrem, quæ Di-
„ vinatio dicitur , primam , explicationes .
„ Bononiæ ex officina Johannis Rubrii : "
Dicantur hujuſmodi explicationes a Regulo , Guibubaldo II. Feltrio, Urbinatum Duci quarto anno 1564. idibus novembris . Ad Regulum extant plures epiſtolæ Bartholomæi Riccii Lugienſis Tomo II. pagg. 88. & ſequent. editionis operum dicti Riccii Patavinæ . Lagomarſinius in illuſtratione epiſtolarum Julii Poggiani editarum Romæ anno 1762. ad pag. 168. & ſequentem , modum & artificium ſcribendi Reguli declarat ; præterea docet Regulum humaniores literas Bononiæ publice tradidiſſe, ac Pontificibus Romanis Paulo IV. & Pio IV. fuiſſe gratiſſimum . Poggianus , qui multa de Regulo in laudem ſcripſit circa annum 1556. quique Imolæ commorabatur cum Cardinale Hieronymo Dandino Epiſcopo ejus urbis , auctor fuit eidem Cardinali , ut Anſelmum nepotem ſuum inſtituendum traderet Regulo. Alumnis Reguli accenſendus eſt & Julius Caſtellanus Faventinus, qui in nuncupatoria epiſtola ad eumdem Cardinalem Dandinum libri ſui contra Ciceronem fatetur : „ Regulum ſemper literatiſſimum ,
„ ceteriſque ingenii gloria antecelliſſe, & ma-
„ xime me inter ceteros ejus diſcipulos pro
„ ſequi amore , comprehendi : " Regulum Johannes-albertus Fabricius in Bibl. Latina Tom. I. pag. 109. aſſerit quaſdam Verrinas Ciceronis illuſtraſſe . Nos non vidimus explicationem , niſi in primam . Benedictus Varchius Poeta Florentinus T. X. pag. 242. Carminum Poetarum Illuſtrium Italorum , quæ edita fuere Florentiæ anno 1724. laudans Cæſarem Herculanium Bononienſem , ejuſque ſtudiorum aſſeclas , inter eos locum dat Regulo hoc verſu ·

Sed num Regule te bone ac diſerte
· · · · · · · , tacebo?

REMOTI (*dei*) Accademia Cavallereſca. Erecta fuit hæc Academia anno 1674. a pluribus Patritiis viris Faventinis , ſub ductu Comitis Michaelis Spada , qui primus fuit hujus ſocietatis princeps . Emblema eſt Sol in Apogeo ; lemma autem : „ Dabit diſtan-
„ tia vires. " Vide Magnanum T. I. SS. & BB. Favent. pag. xix. ad quam memorat tum hanc tum ceteras Faventiæ Academias.

RIGHIUS Franciſcus-maria, &

RIGHIUS Joſeph . Ambo enumerantur a Johanne Franchino in Biblioſophia ad vitam fuſiorem Franciſci Pontelongi , inter alumnos illuſtres Conventus S. Franciſci de Faventia pag. 245. Ambo reperiuntur aſſediſſe in Synodo diœceſana Cardinalis Franciſci Cennini Epiſcopi Faventini anno 1629. tanquam examinatores Synodales ex Regularibus . Joſeph præterea erat Provincialis , & obiit anno 1643.

RINALDUS Marcus-antonius ex O. FF. Minorum ejuſdem Faventini conventus. Deceſſit anno 1600. & Franchinus pag. 245. celebrat ut egregium cathedraticum & concionatorem.

ROBERTUS Epiſcopus Faventinus ad annum 1086. Beneficus in collegium Canonicorum, ut liquet ex chartis donationum aſſervatis in eorum tabulario.

ROMANUS I. Epiſcopus Faventinus. Subſcripſit anno 858. paginæ inſtitutionis monaſterii Palatiolenſis factæ a Johanne VIII. Archiepiſcopo Ravennate . Anno 861. interfuit Concilio Romano ſub Nicolao I. Romano Pontifice.

ROMANUS II. Epiſcopus Faventinus . Sedit in Concilio Ravennate anni 898. Anno 903. ſacravit , ex fide veteris inſcriptionis, eccleſiam S. Johannis-evangeliſtæ , dictæ in Sclavo , Faventiæ , temporibus Johannis IX. Pontificis Romani.

ROMUALDUS a Balneocaballo ex familia Rolla O. FF. Min. Obſervantium Reformatorum S. Franciſci : *Orazioni, o ſiano dodici Componimenti parte prima . In Faenza 1770. preſſo Gioſeffantonio Archi* . Anno ſequenti edidit : *Dodici ſacri componimenti parte ſeconda.*

IDEM . *Dichiarazioni della ſeconda Regola della Serafica Madre S. Chiara d' Aſſiſi , ordinata dal S. P. Urbano pp. IV. moralizzata a ſpirituale vantaggio delle Religioſe Clariſſe e di*

e di qualunque altro Iſtituto . In Faenza
1773.

IDEM. „ Plauſus eccleſiaſticus in electio-
„ ne Joſephi antonii filii Leonardi Papini in
„ archipresbyterum mitratum eccleſiæ S. Pe-
„ tri de Balneocaballo , habitus anno 1763.
„ Faventiæ 1763. in 4. “

RONDININUS Andreas Protonotarius A-
poſtolicus. Vir ſcientiis & moribus probatiſ- A
ſimus , Cardinali Sfondrato , poſtea Gregorio
XIV. , collega deſtinatus a S. Pio pp. V. pro
evellendis ſeminibus hæreticarum opinionum
in diœceſi Cremonenſi , obiit poſt laborioſam
quinquennalem operam , antequam præmia
virtutis & indefeſſi zeli ſui reciperet : Mar-
cheſius *Galeria d' onore* T. I. pag. 252.

RONDININUS Bartholomæus „ Faventi-
„ nus . Legum ſcientiam profeſſus eſt , an-
„ tequam Ordini Prædicatorum nomen da-
„ ret . Zelo orthodoxæ fidei & cultus , ac
„ multiplici doctrina emicuit , qua Concilia- B
„ buli Piſani errores immortali ſui laude
„ confutavit . A Julio II. in celebris trium-
„ phi præmium ad Florentinam thiaram evo-
„ catus , miro humilitatis exemplo a tanto
„ honore & onere refugiit . Tandem litera-
„ turæ & ſanctimoniæ fama æque clarus apud
„ poſteros XXIX. julii anni 1532. Lucæ in
„ Domino requievit . Scripſit Apologiam in
„ Piſanum Conciliabulum . De auctoritate
„ Romani Pontificis , & alia . Marcheſius in
„ Diario Tomo IV. pag. 271. “ Hocce ei
elogium in monumentis virorum illuſtrium
Galliæ Togatæ pag. 37. concinnavit Bartho- C
lomæo alter Marcheſius Eques , qui & Bea
tum appellat . Fuſius Eccardus T. II. pag.
66. ad annum 1526. „ Frater Bartholomæus ,
„ inquit , Rondaninus Faventiæ in Æmilia
„ natus , & Ordinem amplexus ineunte Se-
„ culo XVI. claruit , a gravitate morum ,
„ pietate , eruditione , facundiaque in primis
„ commendabilis , ſed in gerendis rebus ec-
„ cleſiaſticis ſolers & expeditus . Hinc a Ma-
„ giſtro Ordinis Thoma de Vio Cajetano
„ Piſas miſſus fuit anno M.D.XI. cum duo-
„ bus aliis ſodalibus , Auguſtino Mallio , & D
„ Matthæo de Lulmo provinciæ Lombardiæ
„ inferioris Præpoſito , poſtea Epiſcopo Lao-
„ dicenſi , qui Julii II. partes in ea civitate
„ tutaretur , & Concilium a quibuſdam Car-
„ dinalibus , reluctante Pontifice , coactum di-
„ ſturbaret ; quod ad votum Papæ fortiter
„ præſtitit & feliciter . Rondinini celebris eſt
„ in Chronico ad calcem Conſtitutionum me-
„ moria , tum apud Fontanam in Monumen-
„ tis & Theatro , & apud Rovettam ad
„ 1526. qui hæc ei tribuit opera , ſed pro
„ more , impreſſa ne an mſs. relicta , & quo
„ loco ſervata , tacentem , unde penes illum E
„ fides . Apologia adverſus Concilium Piſa-
„ num ſecundum . Tractatus de auctoritate
„ Papæ . Sermones Quadrageſimales , de Do-
„ minicis , & de Feſtis per annum . “ Ea-
dem opera Bartholomæo tribuit Magnanus
T. II. pag. 280. Vide etiam alterum ſacrum
Diarium Dominicanum editum Brixiæ anno
1758. pag. 184.

RONDININUS Bonaventura &

RONDININUS Natalis . Adjunguntur ab
eodem Magnano pag. XVI. T. I. ceteris ex-
cellentibus viris ejus familiæ . Natalis fuit
ab epiſtolis Alexandro pp. VII. ut aſſerit
Marcheſius P. I. pag. 252. *Galeria dell' Ono-
re* . Scripſit carmina ad Ferdinandum Fur-
ſtembergium , ad Auguſtinum Favoritum , ad
Stephanum abbatem Gradium , ad Auguſti-
num Centurionem Ducem Reipublicæ Ge-
nuenſis , quæ habentur Tomo VIII. Carmi-
num Poetarum Illuſtrium Italorum pag. 87.
In ejus vero obitum ad Felicem Zachiam
ipſius matrem cecinere , tum idem Favoritus
T. IV. eorumdem carminum pag. 232. tum
Alexander Pollinus Florentinus Tomo VII.
pag. 431.

RONDININUS Paulus-æmilius Briſichel-
lenſis . Creatus fuit Diaconus Cardinalis S.
Mariæ in Aquiro anno 1643. ab Urbano pp.
VIII. Aſſiſinatem eccleſiam gubernavit ſub
Alexandro VII. Occubuit tempore Pontificatus
Clementis IX. anno 1668. Juvenis operam
navavit juri civili & canonico in Academia
Peruſina . Natalis Rondininus ſuperius lauda-
tus & Joſeph fuerunt ejus fratres.

RONDININUS Philippus Faventinæ ec-
cleſiæ Canonicus . Edidit „ Hiſtoriam S. Cle-
„ mentis pp. & martyris , ejuſque Baſilicæ in
„ Urbe , libris duobus in 4. Romæ impreſſis
„ anno 1706. apud Franciſcum Gonzagam
„ in 4. & dicatis kalendis auguſti Clementi
„ pp. XI. “ Contra hanc Philippi hiſtoriam
declamavit Juſtus Fontaninius in epiſtola ad
Antonium Magliabecchium die 23. octobris
ejuſdem anni , inſerta epiſtolis Cl. Vir. Itali-
corum T. I. qua falſitatis ipſum inſimulat .
Præterea collegit Philippus : „ Vetera monu-
„ menta de Baſilica SS. MM. Johannis &
„ Pauli , adjecta hiſtoria Monaſterii Caſæ-ma-
„ rii . Romæ 1707. in 4. Dicata fuere Fa-
„ bricio Paulutio & Hannibali Albano S.R.E.
„ Cardinalibus . “ Hiſtoriam S. Clementis ci-
tat etiam Fabricius Bibl. Græcæ T. V. pag.
31. Edidit ulterius : „ Oraculum Divinitatis ,
„ ſive de S. Johanne-evangeliſta orationem
„ habitam in ſacello Pontificio ad SS. D. N.
„ Clementem XI. Pont. Max. Romæ typis Lu-
„ cæ-antonii Chracas 1701. in 4. “
„ Orationem in funere Eminentiſſimi Car-
„ dinalis Marcelli Duratii Epiſcopi Faventi-
„ ni 1710. Faventiæ in 4. typis Archii &
„ Zannoni . “
„ Orationem pro recenti inauguratione Ar-
„ chiepiſcopi Julii Piazza in Epiſcopum Fa-
„ ventinum . “
„ Orationem de Laudibus Pii V. “
Inter Arcades Philippus nomen obtinuit
Pindori Meſſatici , unuſque fuit ex primis
fundatoribus Coloniæ Lamoniæ anno 1714.

RONDININUS Rondininus . Inter Juriſ-
conſultos laudatur a Flaminio.

ROSSETTUS Carolus Ferrarienſis . Electus
fuit anno 1643. vigeſimo nono ætatis ſuæ
anno Epiſcopus Faventinus , eodemque anno
promotus ad purpuram Cardinalitiam ab Ur-
bano VIII. Edidit *Lettera Paſtorale per la Gene-
rale Miſſione* ; quæ habetur in Indice chronologico
Epiſcoporum Faventinorum Petri mariæ Cavi-
næ , præmiſſo hiſtoriæ Tonduccii , ubi etiam
merita

merita reſque geſtæ, multæque legationes Pontificiæ, quas obivit ante Epiſcopatum, meritiſſimi hujus viri fuſe enuntiantur. Inter cetera, quæ æterna memoria ſunt digna, tempore ſui Epiſcopatus novies Synodum diœceſanam celebravit, ut zelum pro eccleſiaſticis, proque animabus urbis diœceſis ſuæ oſtenderet. Ipſæ Synodales Conſtitutiones editæ fuere in lucem. Præterea habetur egregia relatio ipſius de Rebus Anglicanis tempore, quo in eo Regno Nuntium Apoſtolicum gerebat, ex quo diſcedere coactus fuit. Parata inſuper habebat Commentaria a ſe conſcripta in primam & tertiam partem Summæ D. Thomæ. Ad annum 1635. Borſettus Tomo II. pag. 487. ipſum recenſet inter Laureatos in Sacra Theologia.

ROZERIUS ſive Rogerius Canonicus & Magiſter Faventinus ad annum 1231. nominatur in chartis tabularii Capitularis Faventiæ.

RUSTICIUS Arneus. Ipſe eſt Carolus-andreas Sinibaldi. Hic loci dumtaxat referimus titulum carminis, quod ſub nomine Arcadico miſit ad Arcadicos Paſtores Urbis: „ Ruſticli Arnei Paſtoris Arcadis incolentis agros „ Faventinos Ecloga ad Paſtores Arcadiæ „ incolentes arva Latina. “ Edita ipſa fuit Faventiæ anno 1692. per Marantum. Cinellius, qui refert *nella Scanzia* XIV. ignoravit ejus auctorem.

S

SABBAS Caſtillionæus. Vide *Caſtillionæus Sabbas*. Illud unum addimus, quod etiam apud Schraderum pag. 405. relatum reperimus, Sabbam ante hortum domus ſuæ in Præceptoria S. Mariæ Magdalenæ hanc inſcriptionem poſuiſſe, vero Philoſopho dignam: „ Satis dives eſt, qui non indiget pane; ſatis potens, qui non cogitur „ ſervire. Civiles curæ procul hinc abite. „ Sabbas Caſtillionæus ſolitarius ſeipſo contentus hos ſecuros incolit hortulos, pau„ per, an dives, ſi cordatus es, cogita. „ Vale. “

SABELLUS Marcus-antonius a Mutiliana. „ In civili & criminali foro celebris apud „ Ferdinandum II. & Coſmum III. Magnos „ Etruriæ duces, ob lumina doctrinæ gratioſus, ſcripſit & edidit: Reſolutiones & Reſponſa, practicam civilem & Criminalem, „ ac Summam diverſorum tractatuum; ex Auguſtino Fontana in Bibliotheca Legali P. „ I. & VI. “ Marcheſius in Monum. Vir. Ill. pag. 76. paucis elogium Sabello contexuit. Summam ejus laudat etiam Magnanus T. II. pag. XII.

SACCHI Innocentius Sacerdos terræ Ruſſi. *Affetti divoti ſopra la Paſſione di Gesù Criſto Signor noſtro, eſpoſti ſopra i verſetti raccolti da S. Bernardo, ſoliti a cantarſi ogni Venerdì di Marzo. In Faenza per l' Archi* in 12.

SALETI Franciſcus-maria. Auctor eſt hiſtoriæ ms. Briſichellenſis, quem citat Magnanus, præſertim T. II. SS. & BB. Fav. pag. 1.

SALICHIUS ſive Salechius Nicolaus. Notarius Curiæ Epiſcopalis Faventiæ, qui floruit tempore Petri-nicolai Caſtellani ad annum 1525.

SALICHIUS Origenes ſenior. Adnotatur inter egregios Medicos Faventinos a Flaminio. In palatio publico urbis, teſte Marcheſio, *Galeria di onore P. I. pag.* 251. glorioſa extabat Origenis Salichii inſcriptio a ſuis civibus appoſita, ad perennem reddendam ipſius memoriam: *Origeni Salecchio pervetuſtæ & nobiliſſimæ ſtirpis inclyto germini, Viro Antianorum Priori, eruditione, prudentia, pietate, ſcientiarum omnium fulgoribus ſpectatiſſimo. Ex initis pluries pro Patria legationibus ad Summos Pontifices Adrianum VI. & Clementem VII. clariſſimo; Archigymnaſii Bononienſis, ubi Philoſophiam publice docuit, jubari perpetuo, S. P. Q. Faventinus Patritio Patriam perenniter illuſtranti PP. Obiit anno* 1528. An hic idem ſit, qui a Flaminio non ſolum Philoſophus & Medicus, ſed etiam vir facundus appellatur, an vero alter, videant eruditi Faventini.

SALICHIUS Origenes junior; Diſtinguendus proculdubio a ſeniore, quem Juniorem nec laudare potuit Flaminius, neque is ſit, ad quem inſcriptio ſuprarelata pertinere poſſit, civis tamen & ipſe Faventinus, & inſuper factus Peruſinus Patritius cum omnibus ſuis poſteris deſcendentibus anno 1584. obiit anno 1592. Hondedeus Tomo I. Conſiliorum 30. mentionem honorificam facit hujus Origenis, quem annos natum ſexaginta & tres deceſſiſſe ſcribit, humatumque fuiſſe in eccleſia S. Marcelli de Urbe, erecto ipſi nobiliſſimo epitaphio. Hic ob natalia ſua, & ob ſplendorem literarum plurimam æſtimationem ſibi comparavit. Videatur Cavina in hiſtoria Tonduccii pag. 705. & Marcheſius *Galeria di Onore P. I. pag.* 251.

SALICHIUS Petrus. Huic dat locum inter ceteros præſtantes Faventiæ Juriſconſultos Flaminius.

Salichium Angelum ex Ord. FF. Prædicatorum memorat P. Piò in ſua Hiſtoria S. Dominici, virum literatura & officiis illuſtrem, alumnum conventus S. Andreæ Faventiæ.

SALIUS Hieronymus Medicus & Philoſophus Faventinus. Protulit in lucem formis hæredum Octavii Scoti inſigne opus *Abubether*, qui & *Aubeker* ſive *Abuchar* cognomento *Magamet filius Zachariæ Arabs Medicus*, quem *Raſim* mixiure vocabulorum barbarie, Medicorum noſtrorum cœtus dicere conſuevit, Arabice inſcriptum *Helcavii*, quod & *Continens* in noſtris Medicis appellatur. Venia tamen danda Hieronymo, quod in codicem forte inordinatum incidens, grande opus non apto admodum ordine exaraverit, ita ut Confundens magis quam Continens dici mereatur. Quod animadvertens Paulus, olim Hieronymus, Surianus Ariminenſis, inde tranſlata familia ſua, factus Venetus, & poſtea monachus Camaldulenſis redditus in cœnobio S. Mathiæ de Muriano Venetiarum, ingentibus animis arduam provinciam a Salio nequiquam tentatam, Herculeo aggreſſus labore, ita perfecit, ut novo,

miro,

miro, atque perutili ordine totum Raſim digeſſerit, in capita diſtribuerit, & confuſum Salii chaos de medio ſubſtulerit, duobus voluminibus in folio Venetiis anno 1509. apud Bernardinum Benalium, & ibidem eodem anno recuſum typis Boneti Locatelli. Si fides ſit Spizelio, extat editio antiquior Brixiæ anni 1488. Fabritius T. XII. pag. 651. tribuit Hieronymo Salio circa annum 1523. verſionem Theophili monachi de Urinis.

SALIUS Mingolinus. Celebratur inter egregios Medicos a Flaminio. In Veteri eccleſia PP. Dominicanorum Faventiæ ad extremam partem, ingredientibus ad lævam, conſpicuum & egregium olim extabat Mauſoleum ex marmore polito una cum urna ſepulcrali, ſupra quam jacebat Mingolinus habens ſub capite unum volumen, alterum ad pedes. Super urnam aſſidebat beata Virgo Maria, in ulnis geſtans filium; ad dexteram manum videbatur figura exigua hominis genibus flexis cum literis M. P. *Mengolinus Pater*, ad lævam alia ſimilis cum literis V. F. *Venerius filius*. Subtus mauſolæum cœlata erat ſequens inſcriptio: *Mengolino. Salio. Phyſico. Qui. Cum. Multis. Tam. Bono. Pu. Legen. Quam. In. Patria. Pruden. tiſs. Doctiſs. Q. Medendo. Profuiſſet. Obiit* M. CCCC. LXXXV. VIII. *Idus. Octo. Ætatis. Anno.* VI. *&* LX. *Non. Exacto. Venerius. F.* M. D. II. P. quam explicandam arbitramur. *Mengolino Salio Phyſico, qui cum multis tam Bononiæ publice legendo, quam in patria prudentiſſime doctiſſimeque medendo profuiſſet, obiit* M. CCCC. LXXXV. VIII. *idus octobris, anno ſexto & ſexageſimo nondum exacto. Venerius filius* M. D. II. *Poſuit*. Viſitur nunc idem mauſoleum cum inſcriptione ex adverſo januæ ejuſdem Cœnobii. Schraderus pag. 404. Monumentorum Italiæ Mengalinum pro Mingolino ſcribit, Venerium autem fratrem pro filio facit.

SALIUS Mingolinus Matthæus. Adjungitur Hieronymo, quem ſuperius laudavimus, & Petro, de quo diximus ad vocem: *Diverſus Salius Petrus*, ceu præſtans & ipſe Medicus Faventinus a Magnano T. I. pag. XV. Pagina vero 399. ab eodem producitur & Antonius Salius celebris ob edita opera Medica & Philoſophica.

SALIUS Petrus Diverſus. Vide *Diverſus Salius Petrus*.

SALIUS Venerius Mingolini filius; familiaris Johannis-antonii Flaminii, laudibus extollitur in hujus epiſtola tanquam „ ſtrenuus & magnus vir in tractandis cauſis in urbe Venetiarum; quod quidem diceret, niſi, ut ſubdit, hæc eſſent recentia, & civibus ſuis notiſſima. “

SALVIANUS Octavius Faventinus. Non ut ſcriptor, ſed ut ſtudiorum promotor recenſetur a Gianio & a continuatoribus Annalium ordinis Servorum T. III. pag. 236. ad annum 1659. „ Moritur, inquiunt, nono Kalendas aprilis Octavius Salvianus benefactor eximius & inſtitutor publicæ Lecturæ S. Theologiæ pro Servitis, prout patet ex ejus teſtamento, & ab inſcriptione a patribus illius cœnobii ejus imagini in Sacriſtia appoſita, in perenne grati animi teſtimonium, “ ſcilicet: „ *D. Octavio Salviano Faventino, benefactori, publicæque pro Servitis Lecturæ inſtitutori. Obiit nono Kalendas aprilis 1659.* “

SAN-GEORGIUS Johannes-franciſcus ex illuſtri Comitum de Blandrata familia, S. R. E. Cardinalis & Epiſcopus Faventinus anno 1603. ſumme diligens eccleſiam ſibi commiſſam, ante aram principem majoris baſilicæ ſepulcrum marmoreum ſibi & ſucceſſoribus Epiſcopis paravit, ad quod delatus fuit anno ipſius emortuali 1605. ex Lucenſi urbe, ubi XIV. Kal. aprilis deceſſit, poſtquam multis inſignibus donis eccleſiam ſuam Faventinam locupletatam voluit. In ſepulcrali inſcriptione, quam ejus memoriæ poſuit Guido Blandrata Comes, ipſius nepos, peregregium elogium inciſum legitur geſtorum & virtutum hujus illuſtris Cardinalis.

SAVINUS S. Epiſcopus & Martyr anno 303. Paſſio & Acta. Incipit: „ *Maximiano auguſto, quintodecimo Kalendas maji in circo maximo miſſo ſexto Venetos vincente, pars major populi clamabant, dicentes: Chriſtiani tollantur & voluptas conſtat &c.* “ Extat apud Balutium in Miſcellaneis T. II. pag. 47. ex codice XVIII. Bibliothecæ Colbertinæ. Eadem S. Savini acta in medium protulit P. Emmanuel de Azevedo S. J. pag. 467. in Appendice ad Vetus Miſſale Romanum Monaſticum Lateranenſe, ex Codice ſignato C. pag. 310. adjectis ad oram lateralem variantibus lectionibus, quæ erronee leguntur in editione Balutiana. Pagina vero 160. profert, quæ extant in ipſo Miſſali, ſpectantia ad S. Savinum, quæque ſunt iſta:

„ VII. *idus decembris, hoc eſt die ſeptima ejuſdem menſis* (decembris) *S. Savini Epiſcopi & Martyris Oratio*: Gaudeat plebs tua omnipotens Deus, ut beati Savini martyris tui atque pontificis ſuffragantibus meritis, hæc noſtra oblatio ſit in conſpectu tuo accepta, & nobis proficiat ad medelam. Per “

„ *Evangelium require in unius mart. atque pont.*

„ *Ad complendum* . . . . . . Votiva ſacramenta, quæ ſumpſimus Domine Deus noſter, ut interceſſione beati Savini pontificis, & martyris tui adjuvati, inter ipſius membra mereamur, numerari, qui ſemetipſum optulit pro mundi ſalute. Qui &c. “

Obſervat autem P. Azevedo in ſuis notis ſequentia. „ Miſſa S. Sabini Epiſcopi in Sacramentariis Pamelii & Menardi non reperitur. Hujus ſancti martyris elogium fuſius ex Actis contexuit Ado in Martyrologio, contractius autem Uſuardus. Particulam Actorum edidit Eminentiſſimus Baronius ad annum 301. num. 18. in Annalibus, & queritur integra Acta reperire nequiviſſe. *Ex actis*, inquit, *S. Sabini Epiſcopi Spoletini illuſtris martyris hæc digna ſane memoria hic deſcribere viſum eſt, quæ quidem ſinceriſſima ſunt, ac proinde, quæ ad verbum ſunt merito recenſenda; utinam ſicut fidelia, ita in omnibus integra reperiſſemus*. Eadem autem nonnullis tamen mendis inſperſa edidit po-

„ ſtea

„ ſtea Stephanus Baluſius T. II. Miſcellaneorum pag. 47. exiſtimatque optima & ſinceriſſima eſſe: Eadem obiter expendit Sollerius ad diem III. Kalendas Januarii in notis ad Martyrologium Adonis, ſed acriter Tillemontius Tomo V. pagg. 603. 604. impetit atque impugnat. Cum autem integra repererim in antiquo Lectionario ſeu Paſſionali eccleſiæ Lateranenſis, & ex illis nonnulla, quæ leguntur in editis a Baluzio, emendari poſſint, opportunum mihi viſum eſt ea in fine libri exhibere, ut quæ contra eorum fidem & ſinceritatem oppoſita ſunt, facilius ab erudito lectore rejici poſſint. S. Gregorius meminit Monaſterii S. Sabini, quod fuerat fundatum in diœceſi Firmana, libro II. epiſtola 20. Et quidem V. idus decembris in vetuſtiſſimo Corbejenſi Kalendario natale S. Sabini inſcribitur, ut teſtatur Edmundus Martene libro IV. cap. 2. de Antiquis eccleſiaſticis Monachorum ritibus. Cum autem Miſſale Lateranenſe Monachorum uſui inſervierit, id in cauſſa fortaſſe eſt, cur feſtum S. Sabini, quod in Sacramentariis Gregorianis Pamelii, Menardi, aliiſque non extat, in eo reperiantur. “ Hæc Azevedo. Etiam in Cimeliarchio ſeu Bibliotheca vel Tabulario Canonicorum Faventinorum extant eadem Acta mſs. in Codice perantiquo, cum quibus conferri poterunt edita.

SAVORINUS Petrus-paulus. A Flaminio conſtituitur in claſſe Faventinorum excellentium Juriſconſultorum.

SCAJOLUS Petrus-michael. Adjicitur Laureatis in Sacra Theologia ad annum 1645. a Borſetto T. II. Gymnaſii Ferrarienſis.

SCALA Franciſcus celebris ſculptor Faventinus. Ex candido marmore cœlavit anno 1615. ſtatuam B. Mariæ Virginis, quæ cernitur in loco conſpicuo ad turrim horologii campanarii in platea magna Faventiæ.

SCALETTI Carolus-cæſar Patritius Faventinus, celebris Geometra & Mathematicus recentiorum temporum. Plura edidit in hoc genere, quorum quæ nos vidimus, enunciamus.

Epitome Gnomonica, overo compendioſo trattato e modo di deſcrivere ogni ſorte di Orologi ſolari, cioè orizontali, verticali, rifleſsi e portatili per ogni elevazione di Polo, ad ogni uſanza di ore in qualſivoglia piano e ſuperfizie; conſagrato al reverendiſsimo Padre Maeſtro Franceſco-ottavio de Oreſtis Inquiſitore di Faenza e di tutta la Romagna. In Bologna M. DCC. *per Coſtantino Piſarri in* 4.

Scuola per l'uſo civile e militare.

Cometo-ſcopico ragionamento, prognoſtici e rifleſsioni aſtrologiche eſpoſte all' annua rivoluzione 1745. *civile Emboliſmica prima dopo l'intercolare, dedicato a Criſtiano Lobcovitz Principe del S. R. Impero. In Faenza preſſo l'Archi.* Anno 1736. Carolus-cæſar gratiam inierat apud eum Principem.

Uſo e fabbrica di alcune Tavole Celometriche, con le quali ſenza fatica di lungo calcolo facilmente ſi miſurano concavi, e ſpezialmente tutte le ſorti di vaſi vinarj. Trattato geometrico. In Faenza per l'Archi in 8.

Liter. Favent.

Il Fonte pubblico di Faenza, e la deſcrizione di ogni ſua parte col modo di mantenerlo nel ſuo primiero ſtato, e di regolare le ſue acque, acciocchè ſempre fluiſcano, aggiuntavi un Appendice, che ſerve di ſcuola agli architetti per compor ſimili fabbriche, eſpoſto a commune beneficio. In Faenza 1719. *per Gioſeffantonio Archi.*

Notizie della Chieſa e dioceſi di Faenza, deſcritte da Carlo Ceſare Scaletta. In Faenza per l'Archi in 8.

SCALETTI Vergilius. Statuitur a Flaminio inter Faventinos Juriſconſultos.

SCOLA Hieronymus Faventinus. Habentur ejus Epigrammata Italica in ſecunda parte operis, cui titulus: *Stanze di diverſi pubblicate dal Giolito* 1563. ex qua editione comperimus Scolam floruiſſe ante medietatem Seculi XVI.

SEGHICELLUS Johannes-baptiſta Bononienſis. Defuncto Theodoro Carpenſi Faventino Epiſcopo, Rodulphus Pius ejus frater, qui jam ab anno 1544. reſervaverat ſibi regreſſum ad Epiſcopatum Faventinum, Seghicellum vocavit, qui loco ſui cathedram ejus eccleſiæ teneret, quam ab anno 1562. retinuit, mortuo interea poſt biennium Rodolpho, uſque ad annum 1575. Publicavit Seghicellus anno 1569. Conſtitutiones Synodales, quas etiam typis imprimi præcepit. Ad mentem Concilii Tridentini, cui interfuerat, eas exegit. Bononiæ deceſſit, ſepultuſque eſt ad S. Franciſci. Ex elogio ſepulcrali merita & doctrina hujus Epiſcopi manifeſtantur; nam „ præter integritatem vitæ, pietatem & religionem, laudatur, quia ita conjunxit Philoſophiæ eximiæ Juriſprudentiam & omnis politioris doctrinæ cognitionem, ut in ſingulis præſtantiſſimi cujuſque laudes æquaverit. “ De doctrina & eruditione Johannis baptiſtæ Seghicelli inſigne teſtimonium proferimus ſynchronum Antonii Poſſevini S. J. qui Tomo I. Appar. Sacr. ad vocem *Arnobius* & ad hujus ſeptem libros adverſus Nationes editos Romæ ex emendatione Fulvii Urſini anno 1583. hæc de Seghicello tradidit: „ Arnobius, cum adhuc ethnicus ad Chriſti fidem occultis inſpirationibus urgeretur, ab Epiſcopis Africæ Baptiſmi Sacramentum petiit, cumque illum rejeciſſent, veriti, quin illuderet Chriſtianæ religioni, quam eatenus oppugnaverat, obtulit eis in argumentum ſinceritatis ſuæ, tanquam fidei obſides, præſtantes illos, quos habemus, libros; quos cum Johannes-baptiſta Seghicellus, qui poſtea Epiſcopus Faventinus a Pio IV. Pont. Max. factus eſt, correxiſſet, ac reſtituiſſet, Germani aliqui averſi a Catholica fide non tam ſanarunt, quam immutarunt pro libito, ut vix antiquæ lectionis veſtigium pluribus in locis reliquerint. “ Nullus autem neſcit, quam eruditionem proferant Arnobii libri, ut proinde neceſſe fuerit eruditiſſimus eſſet Seghicellus, qui eos corrigendos reſtituendoſve aſſumpſerit. Præter Synodales conſtitutiones impreſſas anno 1569. Synodum etiam celebravit ad normam Concilii Triden-

Digitized by Google

tini & juxta ipſius ſanctiones anno 1565. Vide *Mareſcottus Bartholomæus*.

SEGURITIS (*de*) Paduanus Faventinus. Vivebat ad annum 1497. quo tempore ipſius operam adhibebat ad condenda Statuta pro urbe Faventiæ Aſtorgius III. urbis Dominus.

SEVEROLUS Africanus. „ Juriſconſultus Faventinus, qui Romæ diu multa cum celebritate non ſolum ſuas, ſed & patriæ cauſas egit. “ Eo nomine laudatur in epiſtola a Flaminio. Floruit ſub Leone X. In æde cathedrali Faventiæ ſequens appoſitum fuit ipſi monumentum. Aphricano Severolo „ Protonotario Apoſtolico V. I. Doctori, qui virtute tantum duce, quod raro fit, in Romana curia eo evaſit, ut aulicis omnibus in honore eſſet atque amore, tuncque deceſſit quum eum vivere opus erat, ſuo juſſu huc translatus & conditus, fratres amantiſſimi B. M. P. Vixit ut moriturus, ut moriens viveret. Vixit annos XLVII. dies X. Obiit Idibus octobris M. D. XXII. “ Elogium hocce refertur etiam a Laurentio Schradero pag. 404. Monumentorum Italiæ; ex quo in cognitionem venimus Africanum Faventiæ ortum fuiſſe anno 1475.

SEVEROLUS Andreas ſenior, vir opulentiſſimus & Eques illuſtris; atque alter.

SEVEROLUS Andreas junior; „ quo adhuc vivo patria gloriabatur tempore Flaminii, quantus in utriuſque juris ſcientia vir eſſet, quoſve magiſtratus in præclaris Italiæ urbibus ſumma cum laude geſſerit, diceret idem Flaminius, niſi notiſſima hæc eſſent, & ni adulationis ſuſpicionem ſibi oritandam putaret. “ Compilavit cum aliis JCtis Statuta Faventina, quæ lucem aſpexerunt anno 1527.

SEVEROLUS Bartholomæus. Ipſe quoque juris utriuſque ſcientia ſimul ac Equeſtri dignitate inſignitus profertur ab eodem Flaminio.

SEVEROLUS Carolus Abbas, inter Paſtores Arcadicos Coloniæ Lamoniæ dictus Efeſius Arneus. Nominatur a Creſcimbenio inter primos Paſtores hujus Coloniæ. Epigrammaton Italicorum ad Danthis imitationem collectionem, aliaque ſui ingenii monumenta reliquit, quæ eo obeunte, clam ſubrepta fuere, alioſumque aſportata. Carmina pariter habet in variis collectaneis; orationem inſuper ab eo pronuntiatam anno 1717. in funere Caroli-andreæ Sinibaldi, quæ extat in ea proſarum & verſuum congerie, quam in laudem Sinibaldi ediderunt Academici Philoponi.

SEVEROLUS Carolus-hieronymus frater O. Min. Cappuccinorum „ Quadrageſimale, Adventus, Annuale ad Pentecoſten, Novemdiale Natalitium, Orationes Panegyricæ in honorem B. Mariæ V. & Sermones ad XL. horas; “ omnia Italica lingua ab eo elaborata, manuque ſua ſcripta aſſervantur in Bibliotheca Faventina ſuorum confratrum. Sancte ad Deum tranſiit ſecunda auguſti anni 1712. in Conventu Imolenſi, cujus tunc temporis erat Cuſtos. Ejus vitam concinnaverunt Romualdus Magnanus Faventiæ impreſſam anno 1733. & Philippus Faventinus ex eodem Cappuccinorum ordine, ipſo propemodum tempore, itidem Faventiæ.

SEVEROLUS Hercules. Juris Pontificii & Cæſarei peritiſſimus, electus fuit anno 1545. Tridentini Concilii Promotor. Edidit tractatus „ De Remiſſionibus litigatorum, & de Citatione per edictum publicum, ad Johannem-mariam de Monte Cardinalem ampliſſimum, qui in lucem venerunt cum privilegio Summi Pontificis, Venetorumque Senatus in 8. “ Sfortia Cardinalis Pallavicinus in Hiſtoria Concilii Tridentini lib V. cap. 17. num. 19. & Georgius-vivianus Marcheſius pag. 73. cum laude ipſius meminere.

SEVEROLUS Jacobus. Primus Vicelegatus Ferrarienſi urbi datus a Clemente pp. VIII. qui ſicut Cardinalem Aldebrandinum nepotem ſuum primum Legatum, eoque abſente Cardinalem S. Clementis ex Comitibus S. Georgii de Blandrata, conſtituit, ita probe noſcens merita & Jacobi cognitionem in ſcientiis legalibus, hunc præ ceteris elegit, qui vices eorum gereret. Obſtitit Jacobi mors ipſius gloriæ, quam acquirere ſibi poterat, & præmio, quod ſperare licebat. Carolus Cartarius in Syllabo Advocatorum Conciſtorialium, Jacobo mortem purpuram Cardinalitiam rapuiſſe aſſerit. Reliquit tamen ſpiſſa volumina materiarum legalium, quæ compoſuerat, ut publicæ luci daret. Videatur Tonduccius ſive Cavina in Hiſtoria Faventina pag. 724. De ipſo agit etiam Ciampinus pag. XXVIIII. Diſſertationis de Abbreviatoribus de Parco majori.

SEVEROLUS Marcellus ſenior. „ Reſponſum inter illuſtriſſimos D.D. fratres Marchiones de Ferroniis. “ Extat in tractatu de inconſtantia in judiciis Franciſci Albitii pag. 182.

SEVEROLUS Marcellus junior, Decanus ſignaturæ juſtitiæ. *Sopra il già antico arco detto di Portogallo, e de baſſi rilievi ſituati in eſſo*. Habetur Tomo I. Diſſertationum in ſpeciminibus Academiæ Cortonenſis ſub num. XI. pag. 109. Lapidem quoque decrevit in Arcadum cœtu Angelo de Nuce Archiepiſcopo Roſſanenſi. Inter Arcades vocabatur Eleinus Calidius, & introducitur interlocutor in quinto dialogo exiſtente in libro: *Bellezze della Volgar Poeſia* T. V. pag. 65 Hiſtoriæ Vulgaris Poeſis Marii Creſcimbenii. Tractatum pariter typis evulgavit De Cognitionibus & Demonſtrationibus. Vide Campinum De Abbreviatoribus &c. pag. XXVIII. Licet Marcellus nativitate Romanus eſſet, Faventinus tamen erat origine.

SEVEROLUS Nicolaus. Ipſum celebrat Cartarius in Syllabo Advocatorum Conciſtorialium, quo loco alios illuſtres hujus familiæ egregios armis & literis viros recenſet.

SEVEROLUS Philippus ex O. FF. Min. Conv. loci S. Franciſci de Faventia. Laudatur a Johanne Franchino in Biblioſophia pag. 245. ad vitam Franciſci Pontelongi tanquam vir admodum celebris.

SEVEROLUS Vincentius. Ravennæ Prætor

ter erat tempore Flaminii, qui „ Severolam „ fœcunditatem præclaris inſignitam inge„ niis maximo ornamento ſemper extitiſſe „ urbi Faventiæ ſcribit , ubi de ea familia „ mentionem facit in ſua epiſtola. “

SILVESTER de Maradio frater Ordinis S. Dominici circa annum milleſimum quingenteſimum floruiſſe creditur . „ Scripſit , ait „ Eccardius , quod Florentiæ ad S. Marci „ ſervatur Armario II. num. 195. ms. opus: „ Speculum veri & humilis Prædicatoris re„ velatum opuſculum. “ Sed : nulla mihi , „ ſubdit idem Eccardius T. I. pag. 895. , „ hujus pii ſodalis aliunde notitia . “ De ipſo , citato Jacobo Quetiſo de Script. O. Prædic. T. I. , etiam Johannes-albertus Fabritius verba facit Tomo VI. pag. 184. Bibl. Med. & Inf. Ætatis.

SIMON Pelegrini de Faventia. Inter Scholares Studii Bononienſis refertur ad annum 1293. a Sartio pag. 251. Appendicis, ex Codicibus Memorialium archivi publici Bononienſis.

SINIBALDI Carolus Andreas Patritius Faventinus, & Eques Ordinis Militaris S. Jacobi de Spathæ. Obiit anno 1717. Nulla prope collectio viſa fuit ſuis temporibus , in qua aliquod ipſius carmen non legeretur . Epigramma Italicum ipſius legimus etiam in opere Scriptorum Ligurum Abbatis Michaelis Juſtiniani Patritii Genuenſis. Ut vero aliquo ordine demus ejus ſcripta , recenſemus dumtaxat ea , quæ vidimus , ſervata temporum ratione.

Nella glorioſa Eſaltazione al Pontificato d' Innocenzio XI. Canzone. Firenze 1677. in 4 o piuttoſto in Roma con un Epigramma Latino.

Canzone Epitalamica per le auguſtiſſime nozze dell' Imperatore Leopoldo I. In Faenza per Giuſeppe Zarafagli anno 1678.

Alle Glorie di Carlo II. gran Monarca delle Spagne e delle Indie. Canzone dedicata all' Altezza Sereniſſima del Signor D. Giovanni di Auſtria . In Faenza 1678. per il detto Stampatore . Memorat in ea Latinam ſuam elucubrationem in Nativitatem ejuſdem Monarchæ.

Il Giubilo duplicato per la naſcita del Sereniſſimo Arciduca Leopoldo Giuſeppe ; In 4. Faenza per lo ſteſſo 1682. in 4.

I trionfi della Providenza per la glorioſa elezione al Veſcovato di Faenza del Cardinale Antonio Pignatelli . Ode Pindarica recitata nell' Academia de Filoponi adì 16. Luglio 1682. In Faenza per Giorgio-andrea Zarafagli 1682. in 4.

La felicità di Partenope per la meritata elezione di Vicerè di Napoli dell' illuſtriſſimo ed eccellentiſſimo D. Gaſparo de Haro e Guzman Marcheſe del Carpio , Duca di Monton , Conte Duca di Olivares . Ode Pindarica . In Faenza per Giuſeppe Maranti 1682. in 4.

Vienna invitata e trionfante per aver fatto immenſa ſtrage di Turchi , Tartari e Ribelli , e data ignominioſa fuga al reſtante del loro vaſto eſercito , che la teneva circondata con furibondo e pertinace aſſalto , nel preſente anno 1683. Ode Pindarica dedicata al Signor Generale Starembergh Conte del S. R. I. In Faenza per il Maranti 1683. in 4.

L' Europa Criſtiana guerriera e vittorioſa per le conquiſte contro i Turchi . Ode Pindarica dedicata all' Eccellentiſſimo D. Livio Odeſcalchi Duca di Ceri , e nipote di Innocenzio XI. In Bologna per gli eredi del Sarti 1683. in 4.

Il Mercurio Ceſareo cangiato in Argo vigilantiſſimo di Felſina alle glorie di S. Petronio Veſcovo , e gran Protettore di Bologna , ſollennizzate nella baſilica al ſuo nome conſagrata in quella Città , nel di lui giorno feſtivo 4. di ottobre 1685. Ode Pindarica . In Bologna per gli eredi del Sarti in 4.

La tranquillità vendicata . Ode Pindarica in applauſo all' anniverſaria feſta della Porchetta , celebrata nella Città di Bologna l' anno 1685. in memoria della di lei liberazione dalle guerre civili . In Bologna per l' erede di Domenico Barbieri 1685. in 4.

Irene Conciliatrice dell' Europa e dell' Aſia nella triegua di 25. anni ſegnata nel congreſſo di Carlovitz in Schiavonia l' anno 1699. tra Leopoldo Imperatore , Re di Polonia , Repubblica di Venezia , Duca di Moſcovia Principi Collegati , e il Turco. Ode Pindarica. In Faenza per Giuſeppe Maranti in 4.

Elogia Heroum . Faventiæ 1693. in 4. Plura ipſius carmina Italica extant etiam in Miſcellanea Concordium pag. 58. Elogia urbium & epigrammata Latina ; Ibidem parte II. pag. 9. Inedita vero aliqua habemus ipſius in noſtro ms. codice ſub num. 1054. cui titulus *Violarium Poeticum* , collectum ex variorum Poetarum carminibus Romæ anno 1708. cui collectioni præfatur D. Johannes-victorius Mancinus . In Arcadia Sinibaldus nomen obtinebat Ruſtici Arnæi . Habetur in ejus funere Ode Petri Auguſtini Zanotti in Collectione Gobbiana T. IV. pag. 394. ſecundæ editionis Bononienſis ; Cecinerunt & ejus ſocii Academici Philoponi ; orationem pronuntiante Carolo Severolo anno 1617. , quæ eodem anno una cum ipſorum Academicorum carminibus impreſſa fuit Faventiæ.

SINIGARDUS ſeu Silligardus. Patria Aretinus, ſed Canonicus Faventinus, idem forte, qui in aliquibus chartis tabularii Capitularis Faventini appellatur Grandigrandus . „ Phyſicus & Phyſicæ profeſſor dicitur ad „ annum 1267. Genus ei clarum apud Ar„ retium ; non conſtat , qua ætate venerit „ Bononiam , vacavit Juri civili & Medici„ næ . Canonicus inde factus Faventinus , „ ſemper ipſum geſſit, licet abſens . In iiſ„ dem tabulis Faventinis ſemel tantum oc„ currit præſens Faventiæ cum aliis Cano„ nicis, Canonicus ipſe Diaconus. Una cum „ Peppo , qui tunc erat Præpoſitus Eccleſiæ „ Faventinæ ſub Jacobo Ep ſcopo, delectus „ fuit a ceteris Canonicis, quatenus leges & „ ſtatuta conderet Canonicalis Collegii . Ex„ tant ipſa in dicto archivo Capitulari. Fuit „ etiam deinde creatus Archipresbyter Bono„ nienſis ante annum 1261. quo cum ea di„ gnitate interfuit Concilio Provinciali Ra„ vennæ , quod Bononiæ celebratum eſt , „ ejuſque actis ſubſcripſit pro Octaviano Epi„ ſcopo Bononiæ . Probavit quoque Statuta

„ ejuſdem Octaviani anno 1266. Teſtamentum condidit anno 1274. neque multo poſt deceſſit. Fratrum ſuorum filii civitate Bononienſi donati fuere anno 1270. “ Hæc Sartius pag. 460. De Claris archigymnaſii Bononienſis Profeſſoribus. Præter jus civile & canonicum docuit Sinigardus ſeu Silligardus Medicinam & exercuit.

SMARRITI (*degli*) Accademia. Inſtituta fuit anno 1596. & recentiori tempore inſtaurata, ut aſſerit Magnanus pag. XIX. Tomi I. SS. & BB.

SORBOLI Chriſtophorus Hieronymi filius Theologus & Medicus e Balneocaballo. Floruit decedente ſeculo XVI. Fœtus ipſius eſt: *Il regno del grandiſsimo e beatiſsimo Pontefice Sisto V. dedicato al Cardinale di Montalto. In Ferrara per Vittorio Baldini 1586. in 4.*

SORBOLI Hieronymus Chriſtophori pater, Philoſophus, Medicus, & Poeta in Italica lingua. Habemus ipſius ſequentia opera.

Diſcorſo del vero modo di preſervar gli Uomini dalla Peſte del Sorboli Medico di Maſſa Lombarda, dedicato al Marcheſe Franceſco d' Eſte. In Bologna 1575. in 4. Di nuovo in Bologna 1577. per Giovanni Roſſi.

Orazione nell' Eſequie del Signor Franceſco di Eſte Marcheſe della Maſſa Lombarda. In Ferrara per Antonio Baldini 1578. in 4.

Lezioni ſopra la definizione di Amore del gran filoſofo Platone nel libro chiamato il Convitto, di Girolamo Sorboli da Bagnacavallo Teologo e Medico fiſico di Breſcello. In Modena preſſo Giovanni Gadaldino 1590. in 4.

Editum fuit poſt Sorboli mortem, quæ contigit anno 1589. hoc ejus poſtremum opus.

Præterea conſcripſit paſtoralem fabulam nuncupatam *La Celeſtina* impreſſam Ferrariæ anno 1586. Carmina ſpiritualia; Capitula aliquot ad imitationem Bernii Italico idiomate, quæ lucem viderunt Ferrariæ. Eodem anno in 8. *Il Camaldo Tragedia*. Prodiit Ravennæ anno 1586.

Inter carmina edita Venetiis per Baretium Baretii lib. 3. anno 1603. & Vincentiæ anno 1610. aliqua ipſius leguntur. Ulterius dialogum inſtituit ſuper Cometes; præfationem addidit Arithmeticæ Franciſci Pagani. De eo Baruffaldius pag. 19. Creſcimbenius T. V. pag. 132. Borſettus T. II. pag. 480. ubi etiam Hieronymum Laureatum in Sacra Theologia enunciat XXVI. maji anni 1579. ad pag. 405.

SPADA, ſive de Spathis Bernardinus Briſichellenſis. Natus anno 1594. ex Paulo, & Daria Alpicina, Romæ educatus, anno 1626. creatus fuit S. R. E. Cardinalis ab Urbano VIII. Deceſſit Romæ anno 1661. Ciacconius T. IV. col. 544. „ plura ipſum ſcripſiſſe aſſerit, quæ apud hæredes ſummo ſtudio cuſtodiuntur; publici autem juris feciſſe carmina aliqua & literas ad Cardinalem Julium Mazzarinum; immo utramque excoluiſſe Poeſim, Latinam & Italicam, oblectatumque fuiſſe lectione librorum hiſtoriæ & variæ eruditionis tam profecto aſſidua, ut tota illius vita nihil videretur alia, quam reciprocans lectio & ſcriptio fuiſſe; cognoviſſe vero & pervolutaſſe libros curſim & velociter, nihil tamen ſemel admiſſum poſtea e mente paſſum elabi; tenaciſſima enim memoria pollebat. Fratres habuit, Virgilium Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii de Urbe Presbyterum; Jacobum-philippum & Franciſcum Marchionem. Paulus eorum pater natus anno 1541. obiit nonagenarius. Horatius ipſorum patruus natus anno 1537. occubuit ſeptuagenarius. “ Ex Ciacconio notitias has delibavimus. Auguſtinus Favoritus ineunte anno 1651. Bernardino Cardinali fauſta precando, hæc de eo cecinit, quæ legimus T. IV. Carminum Illuſtrium Poetarum Italorum pag. 228. quæ lucem viderunt Florentiæ anno 1719.

„ O pars altior inclyti Senatus
„ Cujus Romula gens ab ore pendet
„ In lætis ſimul arduiſque rebus
„ Noſtri præſidium decuſque ſecli.
„ Qui patrocinio tuo fideli
„ Omnes ingenuas tueris artes
„ Artes ingenuas adeptus omnes;
„ Vultu tuo excipe blando amabilique
„ Quo tamquam in ſolio ſuo reſidet
„ Majeſtas Latii, decorque priſcus &c. “

Cardinalis Bernardini honorificam mentionem facit & Vincentius Armannus, ubi agit de Codice Chronici Cantinellii dono ſibi dato ab eodem Cardinale. Nicolaus Cabeus Ferrarienſis S. J. nuncupavit eidem tomum ſecundum ſuorum Commentariorum in libros Meteororum Ariſtotelis, quos edidit Romæ anno 1646.

Johannes Ciampinus pag. XXXVII. Diſſertationis Abbreviatorum de Parco majori, vigeſimo tertio ſuæ ætatis anno Secretarium Apoſtolicum, utriuſque Signaturæ Referendarium, Abbreviatorem, Archipresbyterum Baſilicæ Vaticanæ a Paulo V. Damietenſem Archiepiſcopum & Nuntium in Galliam miſſum trigeſimo ætatis ab Urbano VIII. & demum S. R. E. Cardinalem creatum cum Legatione Bononienſi, citatis Ciacconio, Ughellio & abbate Michaele Juſtiniano in Literis Memorabilibus, Bernardinum enunciat.

SPADA Bernardus, inter Arcades Cloraſtus Eubejus. Unus fuit ex fundatoribus Coloniæ Lamoniæ anno 1714. recenſitus a Creſcimbenio.

SPADA Hilarius Faventiæ Doctor. *Critiche riflesſioni ſopra la lettera dell' eccellentiſsimo ſignor Dottore Agoſtino Danielli da Marradi. In Venezia* 1724. Scripta fuit ab Hilario ad Ludovicum Caſtillionem Fabbronium Mutilianæ Medicum. Vide *Danielli Agoſtino*.

SPADA Jacobus Briſichellenſis. Amiciſſimus Ludovici Poggiali, inter quos vicennii ſpatio interceſſit doctum & pium literarium commercium. Obiit anno 1566. Vide Magnanum T. II. pag. 51. qui Jacobum ſanctum virum fuiſſe teſtatur, patremque Pauli, ex quo Bernardinus Cardinalis, omniſque profluxit Spadiæ gentis honorificentiſsima propagatio.

SPADA Lælius O. FF. Min. Conv. & Procurator

Digitized by Google

curator generalis totius Ordinis Franciſcani. Laudatur a Franchino in Biblioſophia pag. 245. quem Faventinum celebrem dicit, defunctumque facit anno 1678.

SPADA Leonida, inter Arcades Elmirus Miceneus, de quo Creſcimbenius in Paſtoribus Lamoniæ Coloniæ. Collegit & nuncupavit Academicis ſuis Philoponis, quorum aliquo tempore fuit princeps, carmina & orationem, quæ recitata fuere in laudem defuncti Archipresbyteri Cotinioleaſis Æmiliani Æmiliani. Vide *Filoponi Accademici*.

De Paulo Spada viro munificentiſſimo ſuique temporis glorioſiſſimo fuſum elogium texuit Magnanus T. II. SS. & BB. Favent. quem vide.

SPADAZZI Carolus a Fuſignano Auditor Ducis Mirandulani, & Rotæ Ferrarienſis, inſignis Juriſconſultus. Typis impreſſit „ Theatrum Viduile ſive de Viduis, earumque privilegiis. " Hunc tractatum laudant Libanorius, Borſettus pag. 408. & Magnanus T. II. pag. 134. Obiit Carolus ineunte ſeculo præſenti.

SPADIA hiſtoria. Anonymus quidam compilavit hiſtoriam hujus peregregiæ familiæ, quæ dividitur in tres libros, & quidem ſpiſſos & magnæ molis. Magnanus utitur pluribus in locis auctoritate hujus hiſtoriæ in ſuis Vitis SS. & BB. Faventinorum.

SPATIS (*de*) Petrus-Antonius memoratur a Flaminio in ſæpe citata epiſtola. Exiſtimamus enim Petrum Antonii Amatoris eumdem eſſe cum Petro de Spatis; nam familia de Spatis olim vocabatur de Amatoris. De Petro hæc ſcribit Galeottus de Manfredis Faventiæ Dominus: *Io ho eletto per mio Viſconte e Capitano la ſuſo in quella valle*, idest in Valle Lamonis, *l'eximio doctor di legge M. Pietro de Spati noſtro dilettiſſimo citadino*. Faventiæ die ultimo decembris 1479. Fuit Petrus hic poſtea Lucenſis Prætor anno 1489. & anno 1504 unus ex oratoribus Faventinis ad Leonardum Lauretanum Ducem & ad Rempublicam Venetam, quo tempore Faventia ſe devoverat Venetorum protectioni.

SPAVALDUS Johannes. Nominatur a Flaminio inter JC. Faventinos.

STATUTA Faventina Ægidiana, ſive Conſtitutiones Cardinalis Ægidii Epiſcopi Sabinenſis publicata pro urbe Faventiæ anno 1367.

STATUTA Faventina edita anno 1410. & confirmata anno 1414. juſſu Johannis Galeatii de Manfredis. Vide *de Manfredis Johannes galeatius*.

STATUTA Faventina compilata anno 1520. a Cl. Juriſconſultis Gabriele Calderonio, Andrea Severolo, Petro-gentili Laderchio, Vincentio Tonduccio, Bartholomæo Taurello, Nicolao Viarano, & Achille Beccalurva. Vide *Faventina Statuta*.

STATUTA Faventina cum commentariis Dominici Zauli. Vide *Zauli Dominicus*.

STAY Hierotheus Cretenſis. Provectiore ætate domicilium fixit in urbe Faventia, ubi etiam in pace deceſſit anno 1744. humatus ad SS. Laurentii & Hippolyti Abbatialem eccleſiam. Ejus opera uſi ſunt Romani Pontifices Innocentius XII, & Clemens XI. ad inſtruendos in dogmatibus Catholicis habitatores inſularum maris Ægei, & populos Walachiæ, & aliarum provinciarum, declaratus a Clemente XI. Archiepiſcopus Edeſſenus in Meſopotamia anno 1716. quam eccleſiam non potuit adire, quia erat ſub dominio Infidelium. In Faventina urbe conſtitutus ſequentia opera confecit.

„ Sex ſpiſſa volumina Theologiæ Dogmaticæ. "
„ Octo Theologiæ Moralis. "
„ Duo Concionum & Sermonum ad populum. "
„ Tractatus controverſiarum ſuper S. Scripturam. "
„ Martyrologium Græcum cum elegantibus notis in lingua Græca. "
„ Sex volumina ſuper ſacras paginas. "
„ Tria; quibus titulus: *Riffleſſioni ſopra i Poeti Latini*. "
„ Aliud: *Riffleſſioni e concetti ſopra i SS. Padri Greci*. "
„ Unum. De proprietatibus Animalium una cum multis eruditionibus petitis a Poetis celebrioribus. "
„ Unum. Dubiorum ſuper varias quæſtiones ſacras in Lingua Latina. "
„ Quatuor. Eruditiorum omnigenarum. "
„ Unum ſupra mores populorum. " Omnia autem partim Latina, partim Etruſca lingua compoſita. Anno 1740. princeps fuit Academicorum Philoponorum. Meminere Hierothei Vincentius Lucheſinius in notis criticis & hiſtoricis ad Orationes Demoſthenis; auctor vitæ Clementis XI. lib. V. pag. 385. & Magnanus in Vitis SS. & BB. Faventinorum. Epitaphium demum ad ejus ſepulcrum inſcriptum aſſerimus: *Hic jacet Hierotheus Stajus Cretenſis, monachus Baſilianus, Edeſſæ Archiepiſcopus, qui linguarum uſu, multigena eruditione, caſtigatiore diſciplina Clementi XI. probatus, longis peregrinationibus pro religione ſuſceptis, Faventiæ obiit pridie idus januarii M. DCC. XLIV. Vixit annos LXXXV. dies XII.*

SYNODUS Faventina inter annos 852. & 881. memoratur a Tonduccio pag. 140. Citatur ipſa Synodus in Decreto Gratiani P. II. cauſa XVI. quæſtione II. ubi ex ea confirmatur, quod *in parœcialibus eccleſiis presbyteri per Epiſcopos debent inſtitui, qui eis reſpondeant de animarum cura, & de iis, quæ ad Epiſcopum pertinent.* "
Ignotus eſt verus annus celebrationis hujus Synodi.

SYNODUS ſub Hugolino Epiſcopo Faventino anno 1321. Alia ſub anno 1335. Vide *Hugolinus Epiſcopus*.

SYNODUS ſeu Conſtitutiones Synodales ſub Rodulpho Pio Epiſcopo anno 1533. Vide *Pius Rodulphus*.

SYNODUS ſub Johanne-baptiſta Seghicello anno 1565. & Synodales Conſtitutiones anno 1569. Vide *Seghicellus*.

SYNODI ſub Johanne-antonio Graſſi annis

Digitized by Google

nis 1589. 1592. 1597. Vide *Graſſi Johannes-antonius*.

SYNODUS ſub Erminio de Valentibus S. R. E. Cardinale & Epiſcopo anno 1615. Vide *de Valentibus*.

SYNODUS diœceſana ſub Franciſco Cennino S. R. E. Card. & Epiſcopo anno 1629. Vide *Cenninus Franciſcus*.

† SYNODI novem ſub Cardinale Epiſcopo Roſſetto. Vide *Roſſettus Carolus*.] A

SYNODUS ſub Johanne-franciſco Cardinale Nigronio. Vide *Nigronius*.

SYNODUS Faventina ſub Antonio Cantonio Epiſcopo anno 1748. Vide *Cantoni Antonius*.

T

TAMBENIS (*de*), vel Tambenus Johannes-baldus Phyſicus de Faventia, civis etiam, ut ſe appellat, Florentinus, atque in Academia Florentina publicus Anteceſſor: „ Tractatus, quo concluditur nullam Gentilium ſcientiam Catholicæ „ fidei eſſe contrariam, immo quamlibet talem ad ipſius veritatem cognoſcendam parare viam; ad magnificum Malateſtam de Malateſtis de Tambenis de Faventia, editus cum obedientia, per Magiſtrum Johannem Baldum de Tambenis de Faventia, „ civem Florentinum, adverſus Raynaldum „ domini Maſii de Albicis de Florentia. “ Diſceptabatur ſuper hac materia inter Raynaldum & Baldum, qui Florentiæ publica mercede conductus docebat. Notæ porro ſunt acres diſputationes, quas eodem tempore inter ſe habuerunt Coluccius de Salutatis & Johannes de Sancto-miniato monachus Camaldulenſis, quorum ille damnabat lectionem poetarum, oratorum, ceterorumque librorum Gentilium, ille e contra probabat, utilemque eſſe eorum lectionem mordicus aſſerebat. B C

IDEM. „ Tractatus, quo ratione concluditur, non eſſe dolendum in morte filii, „ ad nobilem Comitem Antonium de Monte „ Garneli, editus per Magiſtrum Johannem „ Baldum de Faventia civem Florentinum. “ Uterque tractatus extat ms. in Bibliotheca Laurentio-medicea pluteo XIX. ſub num. XXX. apud Montfauc. Bibl. Bibl. T. I. pag. 283. & apud Laurentium Mehus in Vita Ambroſii T. I. pag. 394. Tambenum quemdam citat Magnanus in margine pag. 154. T. I. SS. & BB. Favent. ad annum 1337. notarium profeſſione, qui fuerit unus ex majoribus Johannis Baldi de Tambenis. Ante Magnanum eumdem notarium laudat Gamurinius Tom. III. pag. 42. in illuſtratione familiæ Neguſantiæ. Tambenus porro noſter vivebat ſeculo XV. quo florebat etiam Raynaldus de Albizis Eques Florentinus nominatus ab Ambroſio Camaldulenſe in Hodœporico ad annum 1433. pag. 42. unus ex infeſtioribus Coſmi & Laurentii Mediceorum adverſariis. D E

TAMBURINI Aſcanius a Maradio S. Theologiæ Magiſter & concionator egregius, demum Abbas generalis Congregationis Monaſticæ Vallis-umbroſæ O. S. Benedicti. Ejus opera: “ De jure Abbatum & Abbatiſſarum „ Tomi IV. in folio. “ Pluries fuere edita. Lugduni primum anno 1650. & uſque quartum recuſa. De jure Abbatiſſarum & Monialium Tomus prodiit Lugduni anno 1668. Iterum quatuor Tomi prodierunt Auguſtæ Vindelicorum anno 1698. „ De Ordinibus „ Militaribus & Equeſtribus; “ quod opus Maximo Pontifici Alexandro VII. ſummopere probabatur; ineditum tamen hucuſque eſt.

Poeticæ quoque facultati operam dedit Aſcanius. Octuagenarius obiit in monaſterio S. Bartholomæi de Ripulis Florentiæ anno 1666. cum ſecundo electus fuiſſet ſuæ Congregationis Præſes generalis. Venantius Simius in Catalogo Virorum Illuſtrium Congr. Vallis-umbr. pag. 25. Marcheſius in Memoriis Philergitarum pag. 210. & Johannes Marangonius in Theſauro Parochorum T. II. lib. II. cap. 12. de ipſo agunt; & poſtremus Parochum Monaſterii & eccleſiæ S. Praxedis de Urbe Aſcanium facit, virumque appellat Canonicæ facultatis excultiſſimum, & Sacræ Theologiæ.

TARLATIUS Carolus Cotiniolenſis Notarius profeſſione, matrimonio junctus in urbe Faventina. Celebris ob verſionem Latinam, quam elucubravit plurium Epigrammatum Italicorum, quorum juſtum volumen collectum poſſidet Hieronymus Ferri. Fuit & ſenior Carolus Tarlatius Poeta; fuit & Fabius ſimiliter illuſtris Poeta.

TAURELLUS Bartholomæus cauſarum patronus. Vivebat anno 1527. quo cum aliis Juris prudentibus & advocatis Statuta Faventina recognovit & digeſſit.

THEODORICUS Epiſcopus Faventinus anno 1200. Alius anno 1274. juxta Scriptores O. Prædicatorum.

THOMAS de S. Agatha O. M. Strict. Obſerv. FF. Reformatorum, in Romana Curia Procurator generalis. Rituale Prælatorum curam Sanctimonialium gerentium, ſacrarum functionum formam & ordinem continens pro Sanctimonialibus ad Veli ſuſceptionem & ad profeſſionem recipiendis, & pro Abbatiſſis eligendis. Neapoli ex typographia Mathæi Nuccii 1636. in 4.

THOMAXIUS Poeta Faventinus vetus, & Judex, filius quondam domni Laurentii Judicis de Faventia. Vixit Seculo XIII. & aliquot rudes & inconcinnos verſus excudit, in honorem Judicum & Advocatorum ejuſdem civitatis, & inter illos, Beltalis, Laurentii, Ægidii. Hos habes in Chronico Petri Cantinellii ad annum 1278. coll. 240. & 241. Acceſſ. Favent. omiſſis ceteris verſibus, qui in codice legi non potuere.

TIMONCINUS Angelus O. S. Auguſtini. Laudatur a Tonduccio in præfatione ad ſuam Hiſtoriam Faventinam ob cognitionem veterum chartarum & monumentorum.

TO-

Digitized by Google

TOLOSANUS Diaconus Canonicus, Magiſter & Hiſtoricus Faventinus, Poeta quoque non ignobilis, quem neſcimus, quo fundamento Magnavus appellat Auguſtinum Toloſanum. „ Chronicon Faventinum. “

De ipſo plura non dicimus poſt ea, quæ diſſeruimus in Acceſſionibus Hiſtoricis Faventinis in præfatione ad ipſum Chronicon, quod primo loco edidimus. Anonymus continuavit Chronicon ad annum 1236. Toloſani memoria protenditur in chartis Capitularibus Faventinis ab anno 1188. ad 1219. quo paralyſi correptus, ſupervixit mala valetudine uſque ad annum 1226. & ad diem quintam aprilis, qua clauſit extrema vitæ ſuæ.

TOMBUS Johannes-andreas, & Andreas. Memorantur a Flaminio ob cognitionem juris civilis.

TONDINI Johannes-baptiſta presbyter Briſichellenſis, alumnus Hieronymi Ferrii, magiſter olim in Tredotio, poſtea a ſecretis Cl. V. Angeli Fabronii, nunc vero Florentiæ degens, inter cetera apud Archium typographum Faventiæ edidit elegantia Epigrammata Italica, quæ cecinit in nuptiis Catharinæ Bonaccurſiæ, & Comitis Johannis Biancoli a Balneocaballo.

TONDUCCIUS Julius-cæſar Presbyter, parochus, & Patritius Faventinus; Natus anno 1617. die 17. aprilis ex Hieronymo Tonduccio & Magdalena Paſia, Patavium ſtudii cauſa ſe contulit anno 1639. Reverſus in patriam Eccleſiaſtico Ordini ſe addixit, parœcialibus eccleſiis prius S. Savini, inde S. Severi inſervivit. Hiſtoriam patriam, ſpatio viginti annorum, ſingulari labore adhibito, juſto volumine confecit, quam imperfectam relictam ad annum 1440. ſupplevit Petrus-maria Cavina, & edidit anno 1675. Deceſſit Tonduccius febri & dyſenteria oppreſſus anno 1673. die 27. ſeptembris ætatis anno quinquageſimo ſexto.

IDEM. Antea publicaverat, anno nimirum 1670. Faventiæ „ Breviarium hiſtoriæ „ Faventinæ “ Latina lingua, quod dicaverat S. P. Q. Faventino & Antianis.. Ad calcem ipſius Breviarii acceſſit epiſtola Italica data die 17. julii ejuſdem anni, in reſponſionem ad alteram eruditiſſimi viri & clariſſimi Equitis D. Sertorii Urſati Patavini Patritii, quæ impreſſa legitur in libro: *Marmi eruditi fol.* 117. ejuſdem Urſati, ad illuſtriſſimum & ampliſſimum Faventiæ Senatum. Laudat Tonduccium, vitamque paucis deſcribit Johannes Marangonius T. II. lib. III. cap. IX. Theſauri Parochorum.

TONDUCCIUS Melchior una cum Vandino Juriſconſulto & Equite, ac cum Vincentio ſimiliter Tonduccîis. Honorifice nominantur inter præſtantes Juriſperitos Faventinos a Flaminio. Vincentio demandata fuit provincia, ut una cum ceteris collegis Statuta Faventina emendaret, colligeret & digereret, quæ in lucem prodierunt Faventiæ anno 1527. In his appellatur Vincentius celeberrimus juris Pontificii & Cæſarei conſultus.

TORRICELLIUS Jacobus Faventinus monachus Camaldulenſis Theologus Patavinus, & patruus Johannis-evangeliſtæ mox recenſendi. „ Diarium & Acta digeſſit Aloyſii „ Gorii a Balneccaballo Abbatis generalis „ Camaldulenſis, ſub quo fuit Congregatio„ nis Cancellarius ab anno 1611. ad 1614.“ Elucubravit præterea Jacobus plura opera Moralia, quæ aſſervantur in Bibliotheca monaſterii S. Mathiæ de Muriano. In his: „ Mo„ rale monaſticum, in quo de moribus mo„ nachorum ad juvenes ſui ordinis. “ Inſeritur: „ Compendioſa caſuum conſcientiæ „ pertractatio, & brevis inſtructio pro exa„ mine promovendorum ad ſacros ordines.“ Edidit quoque „ De mundo elementari libros „ quatuor ad diſputandum publice propoſitos „ ad reverendiſſimum D. Simonem de Par„ raciis Peruſinum eremitam, Generalem or„ dinis Camaldulenſis. “ Vivebat Jacobus prope nonagenarius anno 1650. poſt quem nulla ſupereſt ipſius memoria.

TORRICELLIUS Johannes-evangeliſta nepos Jacobi mox dicti. Communis fert opinio ipſum natum fuiſſe in Placandulo oppidulo Romandiolæ Florentinæ. De Placandulo nullus, quem ſciamus, loquitur; niſi Cantinellius in Chronico, qui ad annum 1274. vel 1276. caſtrum iſtud in viciniis Maradii conſtituit prope S. Stephanum in Palazolo, & in terris Maghinardi de Paganis Faventini civis. Contentioſum funem trahere nolumus, an in urbe Faventia, an in aliquo oppido ejus diœceſis, an in Plancandulo ad auras ipſe venerit; contendimus tantummodo jure merito appellari Faventinum, quia ejus avus, pater, ejuſque patruus Jacobus procul dubio Faventini fuerunt; ex quo deducere licet etiam Johannem-evangeliſtam originem Faventinam habuiſſe. Quod Jacobus ejus patruus fuerit Faventinus, evincitur ex codice monaſterii S. Mathiæ de Muriano Venetiarum, qui titulum profert. *Veſtizioni e Profeſſioni di queſto Monaſtero*. In eo igitur codice legitur: „ Die xxiv. februarii 1583. frater „ Jacobus filius Raphaelis de Faventia, qui „ in ſeculo vocabatur Alexander, annorum „ decem & ſeptem in circa accepit habitum „ monaſticum a me D. Adeodato de Baloo „ Priore hujus monaſterii S. Mathiæ de Mu„ riano; cui Dominus per ſuam ſanctam mi„ ſericordiam perſeverantiam concedat. “ Et „ Die xxv. februarii 1584. in die ſolemni„ tatis S. Mathiæ, ſupradictus fecit profeſſio„ nem ſuam in manibus mei D. Adeodati „ Prioris ſupradicti, multo adſtante populo. “ Præterea in omnibus opuſculis, quæ multa confecit, manuque ſua ſcripſit Jacobus, quæque aſſervantur in dicto cœnobio S. Mathiæ, ipſe ſe ſemper Faventinum nominat. Hic habemus Raphaelem patrem Jacobi fuiſſe de Faventia, Jacobum ipſum, olim Alexandrum fuiſſe Faventinum; cur itaque Faventinus non fuerit etiam Gaſpar frater Jacobi & pater Johannis-evangeliſtæ? qui in lucem emiſſus die xv. octobris anni 1608. prima ſcientiarum rudimenta hauſit ab ipſo patruo ſuo Jacobo tunc in patria Faventia commorante. Revera tum ab anno 1611. ad 1614. Jacobus Faventiæ reſidebat, adhærebatque Aloyſio Gorio Abbati generali Camal-

dulenſi

dulenſi, ſub quo Cancellariii officio fungebatur; adhærebat & anno 1620. cum ſecunda vice Gorius ad ſupremam Ordinis dignitatem evectus fuit, cuique etiam funebri oratione juſta extrema perſolvit, recitato in ejus laudem ſermone. Poſt ea tempora Jacobus ſe recepit ad ſuum Murianenſe monaſterium; Johannes autem evangeliſta Romam ſe contulit ſub diſciplina Abbatis Benedicti Caſtellii; ſub quo aliiſque magiſtris ultra vicennium permanſit. Florentiam vocatus a magno Galileo Romam reliquit anno 1641. vel 1642. tribus dumtaxat menſibus ante obitum hujus ſui novi præceptoris & optimi ſenis. Vix eo defuncto Ferdinandus II. Magnus Ethruriæ Dux cathedram Turricellio aſſignavit in ſtudio Florentino, & Mathematicum ſuum declaravit. Dolendum tamen admodum juvenem, licet ſcientia jam ſenem, trigeſimo nono ſuæ ætatis anno vitam immaturo fato clauſiſſe anno ſalutis 1647. aliquibus ante patruum annis. Mirum nihilominus, quæ & quanta brevi tempore ad Mathematicæ ſcientiæ perfectionem ediderit, mundoque reliquerit Torricellius. Johannes-baptiſta Nellius Patritius Florentinus in epiſtola ſcripta Lamio anno 1750. ingentem copiam MSS. autographorum Torricellii a ſe pretio acquiſitam enumerat, quæ legi poſſunt in Notitiis Literariis Florentinis ejus anni pag. 593. quæque communicaverat Johannes-evangeliſta celebribus Mathematicis Gallis ejus temporis, Niceronio, Merſennio, Carcavilio, Verduſio, Fermatio, Robervallio. Cum vero Torricellius reſciviſſet plures ex iis auctoribus meritum adinventionum ſuarum gloriatos fuiſſe ſibi tribuere, non ſuo vero inventori, meditabatur typis producere epiſtolas reciprocas literariumque commercium mutuum ſuum cum viris literatis Galliarum; hoc tamen conſilium ſuum mors interrupit, quod aliqua ex parte ſupplevit Carolus Datus Patricius Florentinus, Torricellii amicus & diſcipulos.

Habemus ex ejus operibus impreſſa aliqua: *Lezioni Accademiche*. Editæ hæ fuere Florentiæ per Guiduccium annis 1714. & 1715. Epiſtolam ad Ægidium Perſonerium de Roberval. Extat ipſa in memoriis Academiæ Regiæ Scientiarum cum operibus mathematicis ejuſdem Robervallii pag. 357. Propoſitiones XXVII. & XXVIII. ſexti libri Euclidis demonſtratas; Inſertæ ſunt operibus Viviani Viviani pag. 114. *della ſcienza naturale delle proporzioni*.

Georgius-vivianus Marcheſius in Monument. Vir. Ill. pag. 59. hæc de Torricellio profert, ubi etiam animadvertendum ipſum exiſtimaſſe, Faventinum revera fuiſſe celebrem hunc Mathematicum. „ Torricellius Johannes-evangeliſta Faventinus, magna ſui nominis claritate Matheſim Florentiæ docuit, primum ſocius, deinde ſucceſſor memorandi in ævum Galilei. Vulgavit tractatus duos, alterum de Motu, alterum de Sphæra & Solidis Sphæralibus, necnon lectiones Academicas. “ Citat Marcheſius Athanaſium Kircherium in Arte magna.

Sed quod memorabile reddidit ſeculis futuris illius nomen, fuit inventio tuborum Barometricorum, de ipſius nomine Torricellianorum; primus namque fuit, cui in mentem venerit, quod ab externa naturali preſſione aeris contingat elevatio Mercurii, omniſque alterius fluidi ad determinatas altitudines in vacuis tubulis. Dignæ ſunt, quæ legantur, binæ orationes Georgii Mathiæ Boſe celebratiſſimi publici Profeſſoris in Univerſitate Witembergenſi, quibus hunc titulum appoſuit: „ Secularia Torricelliana; “ quæ inſertæ fuere Tomo XXXII. collectionis Calogerianæ; in iis Mathias celebrat elapſum ſeculum ab hujuſmodi inventione; dixit enim eas orationes anno 1742. obſervatque, quod ſuperius enunciavimus, Torricellium anno 1642. a Galileo inter ſuos diſcipulos receptum, nonniſi trimeſtri ſpatio cum præſtantiſſimo ſene ad Superos abeunte eodem anno degiſſe, poſt cujus fatum declaratus fuit Philoſophus & Mathematicus a Ferdinando II. M. Thuſciæ Duce, quo tempore mirabile illud inventum in lucem publicam experimentis protulit, ex quo tanta ſubinde alia prodiere experimenta in omnibus Academiis, ſed in illa præſertim Florentina, vulgo appellata *del Cimento*.

TORSANUS Angelus-maria Ariminenſis ex O. FF. Servorum B. Mariæ. Orationibus celebravit urbes Romandiolæ & Umbriæ; in iis proſtat: „ Oratio de Laudibus Faventiæ; “ ex qua aliqua profert Magnanus.

TORTUS Petrus. Affertur a Flaminio inter claros Juriſperitos Faventinæ urbis.

TOSETIUS Nicolaus Patritius Faventinus. *Componimento Drammatico da recitarſi avanti l' Eminentiſſimo e Reverendiſſimo Signor Cardinale Gian-carlo Boſchi prima della partenza ſua dalla Città di Faenza ſua patria, offerto alla medeſima Eminenza del Magiſtrato della ſteſſa Città. In Faenza preſſo l' Archi* 1767. Habet Toſettius carmina Italica ſparſim inſerta variis collectionibus poſtremorum temporum, fuitque in patria inſtitutor Academiæ Athenophilorum anno 1740.

TOSETIUS Paulus. Rerum Faventinarum compendium ex Zuccolii hiſtoria reliquit. Ipſum modo deliteſcit vel alioríum aſportatum fuit.

TRAVERSARIIS (*de*) Ambroſius Monachus & Abbas generalis Camaldulenſis. Natus anno 1386. immature nimis, & in gloriæ nominis ſui ſplendore occubuit anno 1439. Ne dicta repetamus, conſulantur, quæ fuſiſſime colligimus ad eumdem annum 1439. quoad ipſius opera, nec non ad ceteros annos, in quibus digeſſimus ope epiſtolarum ejus omnia quæ ad ipſum pertinent Tomo VI. & VII. Annalium Camaldulenſium. Illud unum heic loci addimus, Ambroſium quidem in Portico, quod eſt Forolivienſis territorii oppidum, natum fuiſſe; id quod ipſe in ſuo Hodœporico affirmat, ſed maximam ipſum inter, & inter familiam Faventinam Viaranam, quæ etiam creditur propagatio Traverſariæ familiæ, interceſſiſſe neceſſitudinem & ſanguinis conjunctionem, ut ipſe idem teſtatur in epiſtola ad Bartholomæum & Hugolinum de Viarana. Sunt, qui Florentinum faciunt, & hoc ob domicilium ipſius tricennale in monaſterio S. Mariæ angelorum ipſius ur-

urbis ; alii Ambroſium adjudicant familiæ Fabrorum vel Fabbronorum , qua ratione ſpectaret ad oppidum Maradienſe ; alii ad familiam Legiam nobiliſſimam trahunt , quæ lares fixit in urbe Venetiarum ; nos contenti erimus animum noſtrum declaraſſe , qua de ratione ſplendidum hocce ornamentum addamus urbi Faventinæ , & illuſtribus ejus Scriptoribus , quandoquidem neque Flaminius dubitavit ipſius nomine ditare epiſtolam ſuam de Laudibus Faventiæ, eo in loco, ubi illuſtres viros numerat familiæ Viaranæ. „ Nec tacebo, inquit, Ambroſium , virum omni ævo celebrandum, qui non ſolum vita & morum integritate Religioni Chriſtianæ , ſed partim Philoſophia & Theologia , partim Literis Græcis & Latinis reipublicæ literariæ magno fuit ornamento, Camaldulenſis monachus , & toti ſuo Ordini ob eximias dotes præfectus , qui quidem inter alia opera , quæ edidit , Diogenem Laertium Latinum fecit. “

TRAVERSARIUS Carolus Faventinus ; Teſtimonio Magnani Tom. I. pag. 232. anno 1550. genealogiam contexuit familiæ ſuæ . Credimus quidem ipſum eſſe, cujus ſepulcrale elogium , quod refert etiam Schraderus pag. 405. Monumentorum Italiæ , reperitur apud eccleſiam S. Antonii Faventiæ in iis verbis : „ Caroli Traverſarii Canonici Faventini , ac hujus eccleſiæ Rectoris , nec non Rotæ Sacri Palatii Apoſtolici Cauſarum Notarii , & iſtius ſocietatis ſacratiſſimi Corporis Chriſti inſtitutoris ac benefactoris, corpus hic infra jacet, anima vero ejus in pace requieſcat. Amen . Vixit annos LX. diverſis ac quamplurimis tribulationibus & perſequutionibus ſemper laborans , tandem & ejus vitæ finem impoſuit, dicens in ultimo clare & alte verſus infraſcriptos : “

„ Ioveni portum , ſpes & fortuna valete.
„ Nil mihi vobiſcum , ludite nunc alios. “

TRAVERSARIUS Carolus Lugienſis, ſed altus & educatus Faventiæ, Hieronymi Ferrii diſcipulus , Ordinem Servorum in conventu Faventino profeſſus , auctor eſt confutationis contra Febronium , quæ prodiit Faventiæ anno 1771. cum hoc titulo : „ Ennodii Faventini de Romani Pontificis Primatu adverſus Juſtinum Febronium Theologico-Hiſtorico-Critica Diſſertatio . Faventiæ ex typographia Archiana M. DCC. LXXI. in 4. “ Traverſarius , qui nomen ſuum occultare voluit , in fine Proemii : „ Diſſertationem, inquit , aggredior , non adulandi cupiditate permotus , aut commodi alicujus ſpe illectus , quod Noſtratibus viris , ac præſertim Monachis exprobrat ſæpe Febronius , ſed tum ſummo quidem in Apoſtolicam Sedem obſequio , tum vero potiſſimum interiori veritatis perſuaſione ductus . “ Scriptor hic profecto nervis totis, & ex omni antiquitate oſtendit Romano Pontifici competere Primatum , ipſique ſemper aſſertum vindicatumque fuiſſe . Modo Theologiam docet in Univerſitate Mirandulana .

Liter. Favent.

TREDOTIUS Sebaſtianus Presbyter . Natus in Tredotio antiquiſſimo oppido diœceſis Faventinæ piiſſime deceſſit anno 1733. Magnanus, qui amiciſsimus Sebaſtiani fuit , Tomo II. SS. & BB. Fav. Diœc. vitam ipſius fuſe & fideliter conſcripſit , enumeravitque aſcetica ejus opera , quorum hic eſt ſyllabus.

Diſcorſo ſopra il miſtero della Santiſsima Trinità .

Altro ſopra il miracoloſo Croceſiſſo di Peretola .

Altro ſopra S. Andrea Apoſtolo.

Altro ſopra il Santiſſimo Sagramento ; Recitati in Peretola.

Diſcorſo nella Natività di Maria Vergine, alle Monache di Tredozio.

Altro ſopra S. Franceſco di Paola.

Un trattato ſopra i miſteri della S. Fede , principalmente ſopra la SS. Trinità .

Il modo di arrivare alla perfezione Criſtiana, e di ricever i SS. Sagramenti .

Sopra i doni dello Spirito Santo.

Dell' unione Divina .

Ricordi Criſtiani .

Dell' amore di Dio .

Del ſegno della Santa Croce .

La Carità ſopra S. Franceſco di Paola .

La Vita interiore ed eſteriore .

Eſercizio quotidiano per ben vivere e morire , e godere il Paradiſo in terra .

V

VAJANI Vajanus a Mutiliana . Vaferrimum hunc hominem ab orco ſuſcitamus , cujus vitam , geſta & publicam abjurationem in eccleſia S. Crucis de Florentia die XIX. aprilis anni 1640. deſcripta habemus in Codice 20. pag. 183. noſtræ MSS. collectionis , a contemporaneo auctore . Hic poſt damnationem ad triremes , ex quibus , artibus & dolis ſuis, poſt breve tempus ſe eripuit , iterum gratiam principum , & magnorum dominorum ſibi conciliavit ; quinquageſimo ætatis ſuæ anno titulum primi miniſtri Archiepiſcopi Ravennatis Lucæ Torreggiani obtinuit , locumque primi conſiliarii Status apud Cardinalem Franzonium Legatum Ferrarienſem uſurpavit , & in utraque ditione calliditate & vafritie ſua primas tenuit . Incipit hujuſmodi vita : *Fà la terra di Modigliana ec.*

VALENTIBUS (*de*) Herminius S. R. E. Cardinalis & Epiſcopus Faventinus atque Abbas S. Perpetuæ . „ Conſtitutiones Diœceſanæ Synodales. Faventiæ 1615. in 4. apud Johannem Simbenium . “ Sequuntur Brevia Pauli pp. V. & Declarationes SS. Congregationum. Synodus habita fuit die XV. octobris ejuſdem anni . Sed & alteram ante eum annum Synodum celebraſſe Herminium , videtur innuere Lucas Floronus, qui in nuncupatoria epiſtola ſui operis de Prohibitione Duelli editi anno 1610. affirmat ſe ab eodem Cardinale adlectum cum aliis diſertiſsimis viris ad novas Conſtitutiones faciendas in diœceſana indicta Synodo , atque Examinatorem Synodalem in ea conſtitutum ſe fuiſſe.

IDEM. *Lettera Paſtorale con la note & ordine da oſſervarſi nell'orazione delle xl. ore del P. Frà Criſtoforo Verucchino. In Faenza per Giovanni Simbeni 1615. in 4.* Præcipua pars hujus opuſculi eſt admonitio ſeu ſermo Veruchini, cui præfigitur epiſtola paſtoralis Cardinalis Epiſcopi. Habemus ejuſdem Verucchini centum Meditationes, quæ editæ fuere Venetiis, ſuper Vita & Paſſione Domini. Erminii Cardinalis funebre elogium contexuit Johannes Zarattinus Caſtellinius, in quo ipſum Conſervatorem Faventinæ eccleſiæ appellat.

VALERIANUS Johannes-baptiſta, Inter celebres & acutiſſimos cauſidicos Faventinos nominatur a Flaminio. Extitit & Johannes evangeliſta Valerianus, ad quem habentur Julii Canonici Caſtellanii epiſtolæ.

VALLE (a) Thomas Doctor Briſichellenſis ſive a Funiano. *Memorie della famigliaFerniani, e delle famiglie di Valle di Lamone.* Afferuntur a Magnano T. I. pag. 402. Edidit inſuper vitam Franciſci a Funiano Ordinis Cappuccinorum, Romæ anno 1662. typis Apoſtolicæ Cameræ. Fuit & Ludovicus a Valle Briſichellenſis, Abbreviator de Parco majori, qui obiit Romæ anno 1648. de eo Ciampinus pag. XLI. Diſſertationis de Abbreviatoribus.

VANDALI vel Vandoli, hodie Bandoli, quæ eſt familia Balneocaballenſis, Johannes-antonius. *Rime. In Reggio per Ercolano Bartoli* 1595. *in* 4. Referuntur in Bibliothecæ Capponianæ catalogo pag. 341. Borſettus quoque T. II. pag. 417. Vandalum Poetam elegantem in Italica lingua, Torquati Taſsi amicum dicit; ac ejuſdem rythmorum ſpecimina extare aſſerit inter carmina ſelecta Poetarum Ferrarienſium foliis 139. & 140. Edidit etiam Johannes-antonius: *La Criſtiade del Vida tradotta in verſi Italiani.* Præterea: *Canzone ſopra la vittoria in Fiandra di Aleſſandro Farneſe*, quæ reperitur in collectione Johannis Savorniani, edita Parmæ per Eraſmum Viotte 1586. in 4.

VANDI Johannes-antonius alumnus Conventus Faventini O. FF. Min. Conv. Affertur tanquam clariſsimus Scoti interpres a Wadingo T. IX. pag. 193. ad annum 1599. & prius a Tuſsiniano in Cuſtodia Ravennæ lib. II. pag. 268. apud Magnanum T. I. pag. 268.

VANDINUS eximius Doctor & Eques auratus, florebat anno 1497. facile e familia Tonduccia, quem Aſtorgius III. Faventiæ Princeps adhibebat in condendis Statutis.

VASECLETIUS in omnium artium genere præſtantiſsimus. Celebratur a VVadingo ſub anno 1399. Johannes autem Franchinus in Biblioſophia pag. 295. tres Johannes-antonios illuſtres viros Faventinos, ejuſdemque Conventus filios diſtinguit, quorum duos ex familia Vandi facit, unumque ex his duobus Inquiſitorem generalem electum fuiſſe anno 1566. enarrat; quem vero Johannem-antonium Vaſecletium nominat VVadingus, ipſe Vaſedorum appellat.

UBALDUS Epiſcopus Faventinus ab anno 1305. ad 1308. quo poſtremo translatus fuit ad eccleſiam Ravennatem.

UBERTELLIS (*de*) Antonius & Guido Eques. Accenſentur claris Juriſconſultis a Flaminio. An Antonius de Ubertellis Poeta ille non incelebris, qui vivebat temporibus Aſtorgii I. Faventiæ domini? Vide *Antonius Poeta*.

UBERTELLIS (*de*) Antonius Eques Faventinus. Antiquum membranaceum libellum hiſtoriarum Faventinarum ab anno 1310. ad 1468 poſsidebat, quem exſcripſit Bernardinus Azzurinius ſenior, forte ab illo collectum. Quidam Antonius Ubertellus vivebat anno 1443. & quidem Eques Faventinus, de quo in Acceſsion. Favent. col. 318.

UBERTINI Antonius Presbyter Faventinus. Legimus Paraceleuſim; ſive exhortationem illius, ad librum Petri Nicolai Caſtellanii, de Immortalitate Animorum, typis editam.

VELMATIUS vel Velmatius ſive etiam Volumatius Johannes-maria vixit initiis Seculi XVI. inter fratres Minores Conventuales Balneocaballi, Sacræ Theologiæ eximius profeſſor & Poeta egregius, dicitur utriuſque Teſtamenti libros carmine heroico expoſuiſſe, quorum plures lucem viderunt Venetiis anno 1538. ac 1581. & inter ceteros libri quinque in Actus Apoſtolicos, libri decem, quibus Chriſtiados titulum fecit. Franchinus Biblioſophiæ pag. 328. Auguſtinus Superbi Ferrarienſis, VVadingus Tomo IV. pag. 385. ad annum 1273. honorificam mentionem de Velmatio faciunt, deque ejus hexametris verſibus; verum quia ſacro Poemati Mithologiam pluresque fabulas Gentilium immiſcuit, a ſacra Congregatione Indicis expunctum fuiſſe ejus opus tradunt, quod ſubinde correctum, & ab otioſis narrationibus expolitum, ob quas juſtæ cenſuræ fuerat ſubjectum, tertia vice prælo commiſſum fuiſſe anno 1589. docent. Non abs re ducimus Poetam hunc, ejuſque verſus illuſtrare ope inſignis ms. codicis, qui poſſidetur a Patritia nobiliſſima Veneta familia Zenobia, ut addiſcimus ex epiſtola, quæ inſeritur Tomo V. P. IV. pag. 17. *delle Memorie per ſervire alla Storia Letteraria*, quam integre exſcribimus. In hoc igitur codice in folio egregie compacto habetur Poema Latinum, cui titulus Chriſteidos in decem libros diſtributum, cujus auctor fuit Johannes-maria Velmatius Balneocaballenſis, appellatus *il Grechetto*, quem ſcriptor ejus epiſtolæ putat fuiſſe humaniorum literarum magiſtrum, ignorans ejus cœnobiticam profeſſionem. Poema dicatur a Velmatio proſaica epiſtola, alteraque elegiacis verſibus Cardinali Johanni-dominico Cupis, vulgo appellato Tranenſi, præmiſſo a quodam ejus diſcipulo monito, ſive argumento Poematis in hæc verba: „ Lector humaniſſime, lege & perlege quæſo, non ea ratione, ut vapulet opus Velmatii præceptoris mei, viri nunquam ſatis laudati, in quo a mundi prima origine verſu altiloquo uſque ad aſcenſum Chriſti multa habebis miro lucubrata eloquio, ſiquidem totius orbis fabricam; Angelorum lapſum,

„ uni-

„ univerſale diluvium, Babylonicam deſtru-
„ ctionem, humanatum Verbum, Chriſti
„ paſſionem, & ejus mirabilem aſſumptio-
„ nem &c. Vale. "

„ Poema ſuum ita auſpicatur, Velma-
„ tius.

„ Cœlorum terræque ſimul primordia
„ verſu
„ Et flammæ, vel quo ſpirant anima-
„ lia, & undæ
„ Ordior; & divos refero ſuper æthe-
„ ra vultus,
„ Ac Steropum caſus, Judæaque toxica
„ mœrens,
„ Quæ inſontem fixere Deum, ſua fu-
„ nera, vitam
„ Surgentem a tenebris; huc huc di-
„ vertite mentem
„ Chriſticolæ, dextrumque latus petat
„ impia vitans
„ Saxa ratis, Scyllam fugiat, ſævamque
„ Charybdim,
„ Et Syrenæos cantus, triplicemque chi-
„ mæram.
„ Anchora ad Eoos curſum cita dirigat
„ ortus,
„ Proſpiciatque novum, referens nova
„ gaudia, Solem
„ Intratura ſacros præſenti numine por-
„ tus,
„ Unda ubi perpetuo tanti ſilet æquo-
„ ris ævo.
„ Virgo igitur divina parens, maculæ
„ inſcia patris,
„ Te pia quæ genuit mater, veneranda
„ poteſtas,
„ Sume preces, & fortis opem miſera-
„ ta laborem
„ Fer mihi poſcenti, tua ſit, quam,
„ doxa, canemus &c. "

Præter plura Epigrammata diſtichoſque, quæ leguntur initio poematis, habentur etiam duæ epiſtolæ Latinæ. Prior inſcribitur: „ Johannes-petrus Paſcutius Johanni-mariæ Velmatio Græcheto ſuo; " ipſum hortatur, ne patiatur diutius hoſce ſuos libros in ſcriniis deliteſcere, verum det eos calchographo, quo publicentur. Altera: „ Andreas Coſſus Siculus J. M. Velmatio; " qua ejus opus commendat, quod juvenili ætate confectum aſſerit. Poema adnotationibus brevibus, ſed parvi momenti ſuppletur, & manu exaratis figuris adornatur. Hæc, ut diximus, in Latinum tranſtulimus ex Tomo V. *delle Memorie ec.*

UGOLINUS Azonis. Vide *Hugolinus*.

UGOLINUS Epiſcopus Faventinus. Vide *Hugolinus Epiſcopus*.

VIARANA Antonius. „ Celeber & acutiſſimus Cauſidicus, & a claritate majorum „ ſuorum non deneger, " vivebat tempore Flaminii, qui ipſum laudat in epiſtola iis verbis.

VIARANA Bartholomæus q. Guidonis, frater Hugolini, & Evangeliſtæ, pater Thaddæi, amiciſſimus Ambroſii Abbatis generalis Camaldulenſis, cui etiam opera S. Petri Damiani exiſtentis in Monaſterio S. Mariæ ab Angelo, Abbate permittente, ad tempus commodavit. Vir fuit certe a lectione librorum & a ſtudiis non alienus. Bibliorum ſacrum volumen ſibi exſcribi expetiit ab eodem Ambroſio, & ſermonem de Scripturæ Sanctæ laudibus; nec non ſibi tranſcribi orationes, quas ipſe Ambroſius in Conciliis recitaverat. Scimus etiam eumdem Ambroſium miſiſſe ad
A Batholomæum opus S. Johannis Chryſoſtomi contra Vituperatores vitæ monaſticæ a ſe traductum; miſit etiam epiſtolam, quæ continebat exploſionem fabulæ, tum quod S. Hieronymus ſtrumam habuerit, tum quod ipſe & S. Auguſtinus de facie ſe cognoverint. Libellum quemdam Bartholomæi corrigendum & emendandum ſuſceperat Ambroſius. Thaddæum puerculum Bartholomæi filium is in ſuum, jure quodam adoptionis, receperat. Hæc excerpſimus ex epiſtolis, quas ad Bartholomæum dedit Ambroſius, editis libro X. noviſſimæ editionis Laurentii Mehus.

B VIARANA Cæſar. „ Eques & Orator gravis, & Poeta facundus, " dicitur a Flaminio. Petrus Delphinus epiſtola LXXXVIII. lib. X. Partis III. ad annum 1505. mentionem facit Cæſaris Equitis, quem nepotem dicit Thaddæi filii Bartholomæi.

VIARANA Gazolus ſeu Gauzolus, Hugolini filius, Bartholomæi nepos, Thaddæi conſobrinus. Laudatur ab eodem Flaminio inter excellentes Juriſconſultos Faventinos.

VIARANA Hugolinus frater Bartholomæi. Locum tenet in eadem epiſtola Flaminii inter
C egregios Juriſconſultos. Ad ipſum extat altera epiſtola Ambroſii Camaldulenſis. Adhibitus fuit a patria in pluribus legationibus.

VIARANA Jacobus. Erat profeſſione Notarius. Hic Hiſtoriam Faventinam confecit, ſive in Epitomen redegit res patriæ ſuæ.

VIARANA Nicolaus. Celeber Cauſidicus nominatur a Flaminio; fuit unus ex iis, qui Statuta Faventina, quæ in lucem emiſſa fuere anno 1527. compilavit, & in ordinem digeſſit.

VIARANA Stephanus. „ Magnam, inquit
D „ idem Flaminius, laudem ſibi comparavit Stephanus, cui Philoſophia & Medicina, nec „ non Aſtrologia, tam Ticini, quæ nunc Papia, & ubi apud Mediolani Duces magno „ in honore habitus eſt, quam Bononiæ, „ laudem nullo intermorituram ſeculo attulit. "

VIARANA Thaddæus Bartholomæi filius. „ Carmen in laudem ſanctiſsimi D. Ambroſii de Traverſariis Abbatis generalis Ca-„ maldulenſis. " Extat in Cod. 626. tabu-
E larii MSS. S. Michaelis de Muriano, exſcriptum ex autographo Fontis boni. Subjectum quoque fuit Hodœporico ejuſdem Ambroſii; nos etiam publici juris fecimus iterum T. VII. Annalium Camald. pag. 186. Refert pariter Laurentius Mehus in Vita Ambroſii pag. 416. De Thaddæo hæc habet Flaminius. „ Thaddæus non ſolum Juriſconſultus, ſed & Orator & Poeta non infuavis, " & ante Flaminium Petrus Delphi-

nus Abbas generalis Camaldulenſis ipſum me-
morat in pluribus epiſtolis ; anno 1498, in
epiſtola LXXIX. libri X. Partis II. ex inedi-
tis „ probitate & doctrina præditum “ enun-
tiat ; Epiſt. XX. lib. VIII. P. III. Vigilias
urbis Faventinæ illi concreditas aſſerit ad
annum 1503. alias demum literas ad ipſum
dedit anno 1505. epiſtolam nimirum LXXXVIII. A
Lib. X. Partis III. ex ſimiliter nondum
editis in lucem.

VIARANA Thomas Medicus, Hocce elo-
gium promeruit a Flaminio ; „ Nec præte-
„ reundus Thomas ; hic enim ingenii ſui
„ monumenta reliquit non pauca ; nam opus
„ de experimentis ad morbos particulares
„ unum ſcripſit ; item de febribus unum ;
„ aliud de pulſu ; item de urinis ac de
„ medicinis ſimplicibus ſingula. “
Creditur Viaranam ſeu Villiaranam fami-
liam eamdem eſſe ac Traverſariam, ſic di-
ctam a Via ſeu Villa Arenæ in territorio B
Faventino poſita, quam majores dictæ fami.
liæ poſsederunt, In chartis Azzuriniis fre-
quenter fit mentio hujus familiæ, & ad an-
num 1375. Sæculo VII. nominatur Guido
filius Ugolini q. Gauzoli de Viglarana, quæ
nomina, ut mox vidimus, perdurarunt in
eorum poſteris, nam Bartholomæus qui ini-
tio ſeculi XV. vivebat, erat filius Guidonis ;
Hugolinus ejus frater pater fuit Gauzoli. Ex
Bartholomæo Thaddæus, ex Thaddæo vel
per fratrem vel per filium Cæſar nepos.
Thaddæus & Cæſar vixerunt deſinente eodem C
ſeculo, & initio ſequentis.

VICTORIUS Antonius Leonelli frater,
Benedicti Victorii pater, floruit in urbe Faven-
tina circa annum 1477. deinde annos pluri-
mos ære publico Raguſii medicinam exer-
cuit, teſte Flaminio.

VICTORIUS Benedictus Antonii mox di-
cti filius. „ Patre nequaquam inferior, diu-
„ quidem Bononiæ ſuperiori tempore, nunc
„ autem Patavii publice conductus medici-
„ nam profitetur, “ Verba ſunt ejuſdem
Flaminii, qui eodem tempore vivebat. Ope- D
ra Benedicti medica, quæ lucem viderunt,
ſunt: „ De curatione pleuritidis per ſangui-
„ nis miſsionem, ad Hippocratis & Galeni
„ ſcopum. Venetiis in 4. anno 1536. Rurſus
„ editum fuit idem opus a Laurentio Tor-
„ rentino typographo Ducali Florentiæ anno
„ 1551., una cum alio opuſculo ejuſdem
„ Benedicti de morbo Gallico. “
„ De morbi Gallici curatione libellus,
„ impreſſus Baſileæ apud Bebelium cum aliis
„ ejuſdem argumenti opuſculis “ memoratur
a Geſnero, & a Fabritio T. XIII. pag. 102.
Biblioth. Græcæ. E
„ Conſilia Medicinalia ad varia morborum
„ genera Benedicti Victorii impreſſa fuere Ve-
„ netiis anno 1557. “ In Riccardiana Bi-
bliotheca illuſtrata a Lamio pag. 68. extat
manu ſcriptus tractatus Benedicti Victorii
„ de Doſibus Medicamentorum, “ in codice
nimirum chartaceo in 4. num. XVI. Lib. III.
Hic tractatus citatur a Bartholomæo Burche-
lato phyſico Tarviſino in ſermone Italico de
Parſimonia anno 1605.
Marcheſius in Monum. Vir. Illuſtr. pag.
84. „ Victorium in Bononienſi & Patavi-
„ no gymnaſiis Medicam diſciplinam non
„ ſolum expoſuiſſe, ſed maxime illuſtraſſe
„ aſſerit ; extare vero ipſius tractatus de Lue
„ Venerea, in Prognoſtica Hippocratis, La-
„ tidricinam Medicinam, Empyricam Medi-
„ cinæ, Empyricam Medicationem, Empy-
„ ricam practicam, & alia non abſque ma-
„ gno profitentium plauſu excepta ; citatque
„ partem III. Tonduccii pag. 608. “
Paſchalis Gallus in ſua Bibliotheca Medi-
ca pag. 47. omnia ipſius opera recenſet his
verbis : „ Benedictus Victorius Faventinus,
„ Philoſophus & Medicus, Theoricæ Medi-
„ cinæ profeſſor Bononiæ, edidit in Medici-
„ na de Luis Venereæ curatione libellum ;
„ In Hippocratis prognoſtica commentarios ;
„ item Theoricam latitudinem Medicinæ ad
„ Galeni ſcopum in arte Medicinali ; Flo-
„ rentiæ a Torrentino in folio. De Lue Ve-
„ nerea, cum adjuncto libro de Curatione
„ pleuritidis, a Torrentino 1551. & ejuſ-
„ dem exhortationem ad medicum recte ſan-
„ cteque medicari cupientem. Empyricam
„ Medicationem ſingulorum morborum, item
„ doctrinalem empyricam de febribus ; ſimul
„ hæc excuſa ſunt Venetiis 1550. in 8. &
„ Pariſiis eodem anno in 16. Medicinalia con-
„ ſilia num. 42. Venetiis a Vincentio Val-
„ griſio quaternionum circiter 80. anno 1551.
„ Practicam Empyricam ſecundo editam apud
„ Valgriſium 1554. in 8. cum Camilli Tho-
„ mai methodo rationali ; & cum Trotulæ
„ curandarum ægritudinum muliebrium li-
„ bro ; Scripſit etiam compendium de Doſi-
„ bus Medicamentorum, quod extat cum
„ aliis ejuſdem argumenti Patavii, & apud
„ Johannem Mareſchallum in 8. 1584. De
„ morbis curandis libros duos, quorum alter
„ agit de morbis capitis curandis, alter reſ-
„ pirationi inſervientium partium. “ Hæc
„ Paſchalis. Obtinuit Benedictus civitatem
„ Bononienſem ob præclaram ſui nominis
æſtimationem. Nominatur cum laude in
Deſcriptione Italiæ pag. 310. a Leandro Al-
bertio, qui eum de facie cognovit. Amiciſ-
ſimus fuit Homoboni Offredi Cremonenſis
omnium Medicorum ſua ætate facile princi-
pis, ut ſcribit Franciſcus Ariſius in ſua Cre-
mona Literata T. II. pag. 227.

VICTORIUS Leonellus, patruus Benedicti,
& Antonii, ut videtur, frater. „ Diu Bo-
„ noniæ docuit Medicinam & exercuit, “
teſte Flaminio. Medicæ facultatis tyrocinia
poſuit in Bononienſi gymnaſio per annos ſex
& quadraginta, aſſertione Marcheſii pag. 83.
ex Tonduccii pag. 698. & incomparabilem
ſapientiæ famam ſibi acquiſivit. Varia in lu-
cem emiſit, inter quæ tractatus de Morbis
puerorum eminet, ac præſtat. Typis datus
fuit hic liber anno 1544. apud Georgium
Rhuffnerum ex Conrado Geſnero pag. 719.
In Bibliotheca Vindobonenſi Cæſarea, quæ
ex Archiducali Ambraſiana in Œniponte coa-
luit, ſub num. 182. apud Montfauc. Bibl.
Bibl. pag. 564. extant tractatus : „ Leonelli
„ Victorii Faventini de Retentione menſtruo-
„ rum, & de cura febrium. “ Supradictus
Paſchalis hæc de Leonello refert ad pag. 213.
„ Leonelli Faventini de Victoriis Liber de
„ Ægri-

Digitized by Google

„ Ægritudinibus infantium, excuſus apud Georgium Kuefnerum 1544. & Lugduni 1547. Ejuſdem Practica medicinalis a capite ad pedes; Ingolſtadi 1545. in 4. & in Gallia. Fertur etiam ejuſdem auctoris librum de Morbis mulierum extare Viennæ apud Chriſtophorum Heipergerum medicum brevi edendum. " Obiit Leonellus Bononiæ anno 1520. ſepultus in eccleſia S. Dominici, ſuper cujus tumulum legitur, referente Cavina pag. 608. „ *Reliquiæ Magiſtri Leonelli Victorii* M. D. XX. *die* V. *januarii*. " Fabricius Bibl. Græcæ Tom. XIII. pag. 320. male Leonellum Victorium, cujus librum habemus de ægritudine infantium, Marcum appellat. Fuit & Andreas de Victoriis Medicus Faventinus, de quo fit mentio circa annum 1453. in tabulario Azzurinio Sacculo VIII. qui videtur fuiſſe pater Antonii, & Leonelli, vel ſaltem ex eadem familia Antonii, Benedicti, & Leonelli.

VINCENTIUS Baldini, Clericus Beneficiatus Faventinus. Adde ad vocem *Baldini*: „ Ode Saphica Latina cum epiſtola Italica ſcripta anno 1705. die XVII. novembris ad Cardinalem Petrum Ottobonum, " qua ſe ei commendat, opemque ipſius implorat.

VINCENTIUS (*de*) Cotiniola. Laureatis in Sacra Theologia Collegii Ferrarienſis accenſetur a Borſetto ad annum 1592. pag. 481.

VINCENTIUS-maria Gabelloti Patricius Faventinus. Addatur ad vocem *Gabelloti*: *Orazione in lode dell' Eminentiſſimo e reverendiſſimo Principe Giulio Cardinale Piazza Veſcovo di Faenza*. Hæc oratio una cum Poeticis compoſitionibus Academicorum Philoponorum edita fuit ab Archio Faventiæ anno 1716. in laudem præfati Cardinalis, qui eodem anno obiit, eratque Academiæ ſingularis Protector.

VINCENTIUS de Faventia. „ A patria aut profeſſione ſic nuncupatus hic laudandus venit, (inquit Jacobus Eccardus T. II. pag. 19. Script. O. Prædicat.) non ut ſcriptor operis mox referendi, ſed ut ejuſdem inſtaurator & reſtitutor. Sodalis nimirum noſter Anonymus, Conventus Forolivienſis, ut conjectu pronum, alumnus, & ſeculo XIV. adoleſcente florens, legendam B. Jacobi Salomonii Veneti Ordinis Prædicatorum anno M. CCC. XIV. die XXXI. maji Forolivii defuncti, intra tres aut quatuor a Beati morte annos ſcripſerat, ſed eam præ antiquitate caducam, characteribus ob leve atramentum quotidie fugientibus, Vincentius ab interitu vindicandam ſuſcepit, manuque propria exſcripſit, & opus finivit anno M. D. XXIV. die XXII. maji, addito eidem miraculo, quod anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio die XII. auguſti meritis B. Jacobi patratum eſt. Pius igitur Anonymus hujus vitæ ſcriptor, qui ſub Berengarii de Landora magiſtratu vixit, & qui tomo primo hujus operis diligentiam noſtram fugerat, hic nobis non omittendus viſus eſt, & una commendandus frater Vincentius de Faventia, qui hanc opellam ſartam tectam nobis ſervavit. Amborum igitur curis & laboribus debetur B. Jacobi Salomonii Veneti vita, ex viſis & auditis ab Anonymo, & ex proceſſibus intra tres aut quatuor ab ejus morte annos factis concinnata. Hanc ex codice ms. Romæ apud Patres Oratorii B. Mariæ in Vallicella, ſervato ſub num H. tranſcriptam Acta Sanctorum repræſentant ad diem XXXI. maji a pag. 460. ad 475. Non omittendum, eamdem totidem verbis tum ab Hieronymo Albertuccio Burſello, de quo tomo I. ad annum 1497. actum eſt, ſuo de Magiſtris Ordinis libro; tum ab Ambroſio Taegio in ſuis Ordinis monumentis inſertam. " Hactenus Eccardus.

VITALIS Epiſcopus Faventinus. Legitur ejus nomen inter Epiſcopos aſſidentes Concilio habito ab Agathone Romano Pontifice anno 680.

ULIANA filia domni Benvenuti de Faventia. „ Promiſit domno Alberto domni Odofredi, ſcribere eidem totum textum voluminis, ſcilicet Authentica, Inſtitutiones, & tres libros Codicis pretio XXV. librarum Bononienſium anno M. CC. LXXXIX. " Hæc calligrapha mulier nota nobis eſt ex Sartio in opere de Claris Profeſſoribus archigymnaſii Bononienſis ad pag. 187. in notis, ex Memorialibus Communis Bononienſis, ut proinde non ſolum viri, ſed & mulieres ante typographiæ inventionem ſe exercuerint in exarandis veteribus codicibus; unde etiam deſumenda cauſa, cur tot codices erroribus ſcateant, vel lacunis, propter ſenſus non intellectos, abundent.

UTILI Adam ſcriptor vivens & notarius collegiatus Balneocaballenſis. *Metodo per la conſervazione del pubblico Campione*. *In Faenza* 1763. Aſſertur a Coleto in Catalogo Scriptorum.

UVA (*ab*) Achilles. „ Vir utriuſque juris ſcientia & tot geſtis magiſtratibus adeo quidem celebratus, ut neque præſens ætas, nec poſteritas omnis illum ſit tacitura. " Elogium eſt hujus præſtantis viri factum ab Johanne-antonio Flaminio. Compilavit præterea Statuta urbis Faventinæ, quæ lucem viderunt anno 1527. Appellatus fuit etiam Beccalvua, cujus majores fuere Franciſcus, & Franciſci pater Antonius Bechaluva de Faventia notarius, nominati ad annum 1434. in paginis tabularii Azzuriniani Sacculo VIII.

VULPIUS Ludovicus alumnus Conventus S. Franciſci O. FF. Min. Convent. de Faventia. Appellatur illuſtris vir ejuſdem Cœnobii a Johanne Franchino in Biblioſophia pag. 245.

ZAC-

Z

ZACCHÆUS a Briſichella. Citatur a Magnano ad vitam fratris Petri-mariæ laici Cappuccini in vitis SS. & BB. Fav. pag. 345. tanquam editor Bibliothecæ FF. Cappuccinorum Provinciæ Bononienſis.

ZACHARIAS Sebaſtianus, Faventinus patria, Canonicus eccleſiæ majoris dignitate, Magiſter in ſcientiis atque director conſcientiæ Aſtorgii III. Manfredi ultimi Faventiæ Domini; edidit epiſtolas, quibus ſuum nomen præfixit, cum hoc pio & humili adjuncto: *Sebaſtianus Zacharias peccator, humilis ſervus Jeſu chriſti*; quæ præterea elegantem ſtylum redolent. Multa quoque ad hiſtoriam hujus temporis pertinentia in iis continentur; v. gr. obſidio urbis Faventinæ facta anno 1501. a Cæſare Borgia Duce Valentino. Exſul a patria ea occaſione, Lugumque profectus, ſcripſit Johanni-baptiſtæ de Canonicis Bononienſi, Epiſcopo Faventino, Canonicis & Clero ejuſdem urbis plures, Fratribus quoque S. Andreæ Ordinis S. Dominici epiſtolam unam, optimis ſenſibus refertas. Ulterius pulcherrimos ſermones confecit Latinos; de Præſepe Jeſu-chriſti; de ejus „ Paſſione; de SS. Petro & Paulo; de SS. „ Laurentio; Hieronymo; Maria Magdale„ na; de Annuntiatione & Aſſumptione B. „ Mariæ V., de Sacramento Matrimonii. „ Concinnavit novem Pſalmos Confeſſiona„ les; Canticum Jeſu; aliud in honorem B. „ Mariæ; & tractatum de Conditione homi„ nis, cui titulum fecit: *Speculum hominis* „ *in tres libros diſtributum*. " Omnia hæc colliguntur conjuncta cum præfatis epiſtolis in volumine edito Faventiæ anno 1523. vel 1525. Obiit Zacharias quietus in patria, ſeptuaginta quatuor annos natus, anno 1531. die XII. ſeptembris, & humatus fuit in Cathe„ drali eccleſia, cum ſequenti elogio: *Seba-* „ *ſtiani Zachariæ Presbyteri Faventini, viri* „ *nempe religioſi, fide, pietate, modeſtia, li-* „ *teratura præclari oſſa hic infra*, M.D.XXXI. „ *die duodecima ſeptembris, ætatis ſuæ anno* „ LXXIV. *menſibus quinque*. " De ipſo Tonduccius, vel ejus continuator Cavina pagg. 556. 559. & 563. qui etiam aliquas ipſius epiſtolas in medium protulit, & Magnanus T. II. SS. & BB. diœceſis Faventinæ pag. 374.

ZACHARIAS Ferrerius. Vide *Ferrerius Zacharias*. Illud unum addimus „ ſacros „ hymnos novos eccleſiaſticos juxta veram „ metri & latinitatis normam " ab ipſo editos, Romæque impreſſos anno 1525. atque approbatos a P. M. Clemente VII. „ ut in „ Divinis quiſque eis uti poſſit "; hos ſumme laudari a Cl. V. Paulo Pacciaudio in Antiquitatibus Chriſtianis ſpectantibus ad cultum S. Johannis-baptiſtæ, Diſſertatione IV. capite XXI. his verbis: „ In his naturalis & non „ fucatus ſermonis nitor, & poetica nume„ rorum harmonia, verborumque compoſitio „ permagni facienda mihi ſemper viſa ſunt. " Initiumque ab ipſo affertur hymni ſuper Decollatione ejuſdem S. Johannis-baptiſtæ:

„ Baptiſtæ colimus pallida funera
„ Et triſtes obitus, menteque volvimus
„ Crudele imperium, diraque ſpicula
„ Quæ ſanctum caput auferunt &c. "

Neſcimus tamen, quo fundamento Ferrerius ab aliquibus dicatur electus ad Patriarchatum Gradenſem, cum a tempore Nicolai pp. V. Gradenſis Patriarchatus ad inclytam Venetiarum urbem translatus fuiſſet. Facile confundunt cum Gradenſi Gardienſem Epiſcopatum, quem ipſum obtinuiſſe eſt exploratum.

ZANGRANDIS Franciſcus Faventinus. Extat Eulogium ab ipſo compoſitum in auctorem libri de Immortalitate Animorum, ſcilicet in Petrum-nicolam Caſtellanium, ad calcem ejus voluminis. Habuit præterea Orationem anno 1503. coram Petro Marcello Patritio Veneto, primoque pro Republica Veneta Faventiæ Rectore cum titulo Proviſoris, nomine totius civitatis Faventinæ, gratulatoriam quidem & elegantem, ut ſcripſit Cavina in continuatione Hiſtoriæ Tonduccii pag. 569.

ZANNELLI Carolus. Eques ordinis S. Stephani, & Patritius Faventinus. Diarium rerum Faventinarum memorabilium reliquit, quas una cum Comite Matthæo Gimnaſio collegerat, & in Adverſaria contulerat ad poſterorum notitiam.

ZANNOLINUS Franciſcus. Annumeratur inter viros illuſtres Conventus S. Franciſci O. FF. Min. Convent. Faventiæ, a P. Franchino in Biblioſophia pag. 245.

ZANNONUS Andreas, Hieronymi Ferrii alumnus, & ſucceſſor in Scholis Communitatis Faventiæ. Is anno 1769. in iterata impreſſione Antiquitatum Sarſinæ Philippi Antonini Sarſinatis, Prolegomena & Appendicem Documentorum adjecit, licet editio nomen ferat Johannis-Antonii Azzalii, qui nuncupatoria epiſtola Antiquitates Sarſinates dicavit Paulo Burgheſio Aldobrandino Sarſinæ Domino. In Italico etiam verſu præſtat Zannonus.

ZANNONUS Franciſcus Epiſcopus Faventinus ex O. Servorum. Vide *Franciſcus Epiſcopus*.

ZANNONUS Petrus-maria Faventinus ex O. FF. Prædicatorum. Tranſcripſit chronicon Recuperati de Recuperatis, quod extat in Bibliotheca Faventina Conventus S. Andreæ ejuſdem Ordinis.

ZANNOTTUS Laurentius Faventinus Orator & Poeta illuſtris nomen obtinuit inter Paſtores Arcades Verildi Eleutherii. Docuit Faventiæ in ſcholis publicis Eloquentiam, & politiores literas pluribus annis. Multa tum Græco, tum Latino eloquio compoſuit, quæ reperiuntur in Collectionibus ſui temporis. Præter ſparſa in iis carmina, aliqua etiam legere eſt tomo VI. Vulgaris Poeſis Creſcimbenii; parte quoque IV. pag. 352. ſecundæ editionis Bononienſis Auguſtini Gobbii, inter quæ verſus Italici habentur in honorem S. Dionyſii Areopagitæ Academiæ Philoponorum patro-

Digitized by Google

patroni, & S. Johannis-franciſci Regis, pro die natalitio ejuſdem Academiæ, Philoponorum, inter quos adjunctum titulum obtinuit *il Rinvigorito*; in altera pariter collectione abbatis Petri-andreæ Budrioli P. I, pag. 368., cui collectioni una cum Magnano aliiſque doctis Faventinis ſuam ſymbolam addidit, Apud Magnanum T. I. pag. XXII. in Latinum vertit carmen Græcum Hierothei Stay Archiepiſcopi Edeſſeni. Anno 1725. in folio Epigramma Græcum & Latinum edidit typis Archii, cui titulus; „ S. P. N. Hierarcha Miræ Lyciæ Thaumaturgus Nicolaus „ tribus virginitatis amantibus puellis auro „ plenam aperuit manum. " Anno 1736. in 4. compoſuit: *Pindarica canzone, veſtendoſi Monaca la Signora Margherita Filippi*. Edita fuit eo anno Ferrariæ. Jam ab anno 1717. orationem Italicam pronunciaverat in laudem Æmiliani Æmiliani Archipresbyteri Cotiniolenſis, quæ inſerta fuit carminibus Academicorum Philoponorum, quæ eo anno prodierunt Faventiæ. Videntur etiam Memoriæ Philergitarum pag. 414. in quibus fit honorifica mentio hujus docti viri, qui moriens optimam, locupletem, ſatiſque abundantem librorum congeriem reliquit, quæ tamen diſtracta fuit inter plures emptores.

ZARRABINI Carolus Cotiniolenſis Ferrii alumnus; Verſus habet tum Latinos tum Italicos in variis collectionibus, & præſertim in collectione Cotiniolenſi. Prodiit ex eadem familia, ex qua olim celebratiſſimus Johannes-antonius Zarrabinius, cui placuit cognomen ſibi, filiiſque & nepotibus ſuis commutare in illud Flaminiorum.

ZARRABINI Honuphrius a Cotiniola Canonicus Regularis SS. Salvatoris, Theologus, Philoſophus & Poeta, qui floruit Seculo XVI. natus eſt enim anno 1535. & antea appellabatur Bartholomæus. In Philoſophicis auditor fuit celebris Franciſci Piccolhominei, ut aſſerunt Ghilinus in Theatro Vol. 2. & Creſcimbenius T. V. pag. 66. Vulgaris Poeſis, qui plura de Zarrabinio collegerunt. De ipſo pariter agunt Poſſevinus in Apparatu Sacro T. II. Libanorius & Borſettus. Edidit autem „ Homilias uberes totius anni, „ & Quadrageſimalem curſum, " quæ impreſſa anno 1575. apud Jordanum Zilettum aſſerit idem Poſſevinus pag. 514. „ Dicata „ vero ſunt Cardinali Flavio Urſino. Logi„ cam, quæ lucem vidit Bononiæ apud An„ ſelmum Giaccarellum in 8. anno 1577. " *Ragionamenti familiari ſopra le Feſte de Santi con le Vite, trionfi, e palme, e vittorie di quei due grandi Eroi S. Pietro e Paolo. In Venezia in* 4. 1590. *Giardino ameniſſimo per qualunque ſtato di perſone e in particolare per quelli, che hanno il governo dei popoli delle Anime Criſtiane, e anco per i Predicatori del Verbo Evangelico. In Venezia preſſo Pietro Duſinelli* M. D. LXXXVIII. Librum hunc Honuphrii dicat D. Raphael Lucanſis Johanni-baptiſtæ Dominico Priori meritiſſimo S. Petri ad Vincula Urbis. In Bibliotheca Vulpiorum pag. 387. afferuntur opera varia Zarrabinii edita Venetiis in 4. anno 1586. *De Governatori de Popoli e delle Anime Criſtiane in* 4. 1587. *Della Nobiltà civile*; *e due Tomi di Rime diverſe*. Bonolus autem in Hiſtoria Cotiniolenſi addit ipſum publicæ luci donaſſe epiſtolas ſpirituales S. Franciſcæ Romanæ.

ZARATTINUS Johannes. *Vide Caſtellinius Zarattinus Johannes*.

ZAULI Joſeph ex S. J. Faventinus Venetiis vivens. „ Vitas contexuit B. Petri Aco„ tanto Patritii Veneti, & B. Julianæ de „ Collalto. Tractatum de pluralitate Mun„ dorum celebris Fontanelle e Gallico idio„ mate traduxit. " Inter Arcades nomen gerit Clariſti Pritanefii. Muratorius tomo I. Hiſtoriæ Paraguaicæ, & Bollandiſtæ ſocii menſe ſeptembri de eo cum laude mentionem faciunt.

ZAULIS (*de*) Dominicus. „ Faventinus „ Patritius inter legum ſtudia conſenuit. Ve„ rulanos moderatus eſt Præſul; Almæ Ur„ bis Vicesgerens, Archiepiſcopus Theodo„ ſienſis, Sacræ Pœnitentiariæ Datarius, & „ S. Officii Aſſeſſor emicuit. Demum in ma„ gna Romanæ aulæ æſtimatione interiit pri„ ma martii anno reparatæ ſalutis 1722. æ„ tatis vero ſuæ LXXXV. & quieſcit in Val„ licellano templo. Extant ejus obſervationes „ ad Statuta Faventiæ in tomos duos dige„ ſtæ, & iterum cum additionibus excuſæ „ Romæ anno 1724. " Hoc ei elogium texit Georgius-vivianus Marcheſius pag. 76. Virorum Illuſtrium Galliæ Togatæ. Titulus horum duorum voluminum eſt: „ Dominici „ de Zaulis Obſervationes Canonicæ, Civiles, „ Criminales & Mixtæ, non ſolum Statutis „ Civitatis Faventiæ, ſed juri communi ac„ commodatæ. Vol. II. in fol. Romæ annis „ 1723. 1724. " Sed jam ab anno 1672. celebre erat nomen Dominici de Zaulis. Ipſo enim anno Deciſiones S. Rotæ Romanæ coram Rev. P. D. Johanne-baptiſta Coccino in unum collectas, argumentis, ſummariis & indicibus, nec non aliquibus additionibus ornaverat idem Dominicus J. V. D. Faventinus in folio typis Nicolai-angeli Tinaſſii. Deciſiones Coccini ſunt 2358. in quinque volumina diſtributæ, una cum 315. adnotationibus ejuſdem Coccini Auditoris & Decani S. Rotæ Romanæ. Doctrinam, probitatem & zelum decoris eccleſiæ ſuæ, quibus virtutibus præditus erat Zaulius, laudat Philippus Rondinini pag. 112. Hiſtoriæ eccleſiæ & monaſterii SS. Johannis & Pauli de Caſamario.

ZORLI Franciſcus de Balneocabello. Poeta Italicus, qui poſt dimidium ſeculi XVI. claruit. Habemus ipſius carmina poſt opus Hieronymi Sorboli de Cometis. Pariter aliqua hujus auctoris leguntur in electis carminibus Poetarum Ferrarienſium pag. 135. Borſettus eum memorat T. II. pag. 420.

ZUCCOLUS Alexander: „ Epiſtola de ne„ ce Galeotti de Manfredis Domini Faventiæ „ ad Gregorium filium, " quam ex hiſtoria ms. Gregorii Zuccoli junioris inſeruimus Acceſſionibus hiſtoricis Faventinis col. 352. Johannes-antonius Flaminius ſcribit Alexandrum „ Ravennæ diu ære publico medendi arte cla„ ruiſſe. "

ZUCCOLUS Auguſtinus. „ *Criſtiana tragedia*

„ gedia ſpirituale in verſo. In Venezia per Altobello Salicato 1601. in 8. " Refertur liber hic in catalogo librorum Bibliothecæ Capponianæ pag. 399.

ZUCCOLUS Gregorius. „ Alexandri filius „ Medicam artem exercens Venetiis, non ſolum famam, ſed & amplas opes ſibi comparavit; " teſtimonio Flaminii. A

ZUCCOLUS Gregorius junior, qui vixit inclinante Seculo XVI. & primordiis ſeculi ſequentis: „ Storia di Faenza ms. condotta „ fino all' anno 1608. " Extat in pluribus Bibliothecis Faventinis.

IDEM. „ Chronicon Faventinum Canonici „ Toloſani vulgare redditum: " Verus titulus libri eſt: *Cronaca particolare delle coſe fatte dalla Città di Faenza, cominciando dal* DCC. *incirca fin all' anno* M.CC.XXXIV. *In Bologna per Aleſſandro Benacci* M.D.LXXV. *a M. Don Virgilio, M. Criſtofano Scaletti, e M. Aleſſandro Buongargione amici cariſſimi*. Eſt compendioſa narratio earum rerum, quæ aliquanto fuſius leguntur in Chronico Toloſani, quod eo temporis ineditum ſervabatur ms. penes aliquot Faventinos cives. B

IDEM. *Trattato del Terremoto. In Bologna per Aleſſandro Benaccio* M.D.LXXI. *in* 4. Auctor non ſolum Hiſtoricus, ſed etiam celeber Philoſophus epiſtola data Faventiæ die XVI. octobris ejuſdem anni nuncupavit hunc tractatum Brunoni Zampeſchio Domino Foripompilii, ubi celebrat ejus prudentiam & virtutem, ob quam promeruerit multos gradus & honores a Principibus; & inſuper a Senatu Veneto vires omnes provinciæ Forijulii habuerit in ſua poteſtate, periculoſis temporibus, & in urgentioribus indigentiis. Extat hic tractatus in Bibliotheca Cappaniana pag. 400. Catalogi editi una cum ſequenti opere. C

Diſcorſi dell' onore, nobiltà ed amore. In Venezia per Giovanni Bariletto 1575. *in* 8.

De Gregorio Zuccolo hæc profert Marcheſius pag. 80. „ Zuccolus Gregorius Faventinus acerrimo fuit ingenio, & inter ævi „ ſui Philoſophos ſecundus nemini. Multa „ conſcripſit, quæ deſiderantur. Unum volumen extat ſuper Poſteriora Ariſtotelis. D „ Vixit & claruit decimo ſexto ſeculo. " Addunt Tonduccius & Cavina ipſum peritiſſimum fuiſſe in lingua Græca. Explanatio luculenta in librum Poſteriorum Analyticorum Ariſtotelis, de qua Marcheſius, prodiit in folio Bononiæ anno 1612.

ZUCCOLUS Johannes Alexandri frater. „ Epiſtola ad magiſtrum Gregorium nepotem „ ſuum anno 1485. " Habetur & ipſa col. 352. Acceſſionum Faventinarum. Idem appellatur Scriba & notarius in Statutis novis pro cuſtodia urbis Faventinæ, emanatis anno 1492. ſub Aſtorgio III. principe, in præfatione ſcilicet ad eadem Statuta, quæ legitur col. 770. earumdem Acceſſionum. Johannem hunc memorat unum fuiſſe ex majoribus ſuis Gregorius junior in ſua ms. hiſtoria. Eodem anno 1488. erat & Simon Zuccolus Caſtellanus arcis Faventinæ, ſed an is aliquid literis tradiderit, nos latet; diverſus prorſus a E Simone vel Simeone Zuccolo, cujus habetur liber cum titulo: *La pazzia del Ballo*, de quo infra.

ZUCCOLUS Johannes baptiſta, nepos Ludovici mox recenſendi. „ Epiſtola ad Cle„ mentem Barthulum, præfixa dialogo pa„ trui ſui appellato: *Alexander ſive Paſtora„ lis*, edito anno 1613. " Vide Zuccolus Ludovicus.

ZUCCOLUS Ludovicus. Auctor eſt plurium dialogorum, ex quibus aliquorum ex prima editione titulos hic proferimus.

Il Caſtellano, overo della Detta e Diſdetta.
Il Severolo, overo della Vergogna.
Il Rondanino, overo del buon dire.
L' Aleſſandro overo della Paſtorale.
Il Gradenigo, overo dell' Amore Platonico.

Hi dialogi conjunctim lucem viderunt Perusiæ, typographo Annibale Alvigio anno 1615. in 8. ſed proceſſu temporis editio auctior & caſtigatior facta fuit Venetiis per Marcum Ginamium in 4. anno nimirum 1625. Quartus dialogus, ſcilicet *L' Aleſſandro, overo della Paſtorale*, qui in prima editione proſtabat ad paginam 291. in hac ſecunda editione pag. 23. titulum alium profert *Guardino*, quod cognomen erat Aleſſandri interloquutoris, locumque ſecundum occupat. Idem dialogus cum primo titulo *L' Aleſſandro* ſolitarie prodiit Venetiis impreſſus ab Andrea Baba anno 1613. in forma duodecima, una cum ſupradicta epiſtola Johannis-baptiſtæ nepotis Ludovici ad Clementem Barthulum patritium Urbinatem & inſignem literatum virum, interloquutoribus Franciſco Benedetti Rectore nobilis Collegii Montis-alti Bononiæ, & Alexandro Guardino. Subſequuntur in ea editione tres Eclogæ Italicæ, *L' Edulio, il Critio, Dorinda*, quæ non leguntur in ceteris editionibus. In Ginnamiana impreſſione dialogi excreverunt uſque ad numerum quindecim. Dialogus quintus inſcriptus *Il Gradenigo* primum lucem vidit ſejunctus ab aliis Bononiæ anno 1608. in 8. cum ſequenti titulo: *Il Gradenigo dialogo all' illuſtriſſimo Signor Conte Alfonſo Lodovichi, nel quale ſi diſcorre contro l' amore Platonico, ed a lungo ſi diſcorre di quello del Petrarca*. Hic tamen dialogus ſublatus fuit in editione Ginnamii; additis aliis, qui in prima editione omnino deſiderabantur. Videatur Apoſtolus Zenus in adnotationibus ad Bibliothecam Fontaninianam T. I. pag. 446. & T. II. pag. 341.

IDEM. *Diſcorſo delle ragioni del numero del verſo Italiano*. Impreſſus fuit Venetiis anno 1623. & ipſius exemplar adducitur in Bibliotheca Vulpiorum pag. 241. Ludovicus Academicus Philoponus tractatum nuncupavit Innocentio Maximi Epiſcopo Britonorienſi, & Nuntio Apoſtolico apud Regem Hiſpaniarum, & in epiſtola aſſerit ſe motum fuiſſe ad hanc materiam digerendam ab Antonio Benedetti, & a Joſepho Aromatario. Data eſt epiſtola die prima maji ejuſdem anni. Conſulatur idem Zenus T. I. pag. 236. earumdem adnotationum, ubi enuntiat Zuccolum reprobaſſe verſus Italicos Claudii Ptolomæi, qui hexametros & pentametros introduxe-

duxerat, & verſus Alamanni, Patritii, Baldi, Spontonis & aliorum Italicorum Poetarum Seculi XVI. eorumque inventionem ut vanam otioſamque damnaſſe.

IDEM. *Conſiderazioni politiche e morali. In Venezia per Marco Ginnami 1621. in 4.*

IDEM. *Nobiltà comune ed eroica, penſier nuovo e curioſo, all' illuſtriſſimo ſignor il ſignor Pietro Contarini fu dell' illuſtriſſimo ſignor Alviſe. In Venezia preſſo il Ginnami.* M.DC.XXV. *in* 4.

IDEM. *Diſcorſi dell' onore, della gloria, della riputazione e del buon concetto. In Venezia 1623. in* 4. Dicantur Hieronymo Pima Catharenſi, & adducuntur in Bibliothecæ Capponianæ ad pag. 400. Catalogo.

IDEM. *Dell' amore verſo la Patria.* Affertur in Bibliotheca Vulpiorum pag. 389. Habemus in Bibliotheca noſtra S. Michaelis editionem factam typis Johannis-petri Pinellii Venetiis anno 1673. in 4. dicatam a Marco Triviſano Patritio Veneto, appellato *Heroe amico*, Nicolao Bembo Patritio ſimiliter Veneto. Prima editio curata fuit a Paulo Stecchino, & nuncupata Georgio Cornelio filio Equitis & divi Marci Procuratoris Hieronymi Cornelii.

IDEM. *Conſiderazioni Politiche e Morali ſopra cento oracoli d' illuſtri perſonaggi antichi, nelle quali con inſegnamenti di Ariſtotele, con auttorità di Cornelio Tacito, e di altri Scrittori Politici ſi diſcorre di varie materie pertinenti al governo de Stati, all' introduzione de buoni coſtumi, e alla cognizione delle Iſtorie. In Venezia per Marco Ginnami 1621. in 4.* Epiſtola nuncupatoria Cardinali Aloyſio Capponio data eſt a Zuccolo die prima ſeptembris ejuſdem anni. Contulit Ludovicus ſua cogitata in edendo hoc opere cum Innocentio Maximi Britonorii Epiſcopo, & cum Dominico Molino doctiſſimo Veneto Patritio & literatorum fautore beneficentiſſimo. In publica Academia Faventina a Leonardo Severolo una ex ipſis, nimirum XVIII. recitata fuit.

IDEM. *Dimoſtrazione eroica di reciproco amore fra due nobili Veneziani, l' uno per nome Niccolò Barbarigo, e l' altro Marco Triviſano.* Inſerta eſt ad calcem tractatus, cui titulum fecit: *Nobiltà commune & eroica.*

IDEM. „ Heroica virtus, ſive de honeſto „ gloriæ ſtudio. Venetiis 1619. in 8. “ Hunc tractatum Latina lingua diſcutere Ludovico placuit.

Ludovicus Zuccolus per aliquot annos commoratus fuit in aula Ducis Urbinatis, ubi amicitiam coluit Comitis Mantuani de Vieſio, Julii Jordani, & Felicis Paciotti, ut eruitur ex epiſtola ejuſdem Comitis de Vieſio, quam dedit Ludovico, præfixa *ai diſcorſi dell' onore e della gloria.*

Omittimus Simeonem Zuccolum, cujus eſt liber: *La Pazzia del Ballo*, editus Patavii per Jacobum Fabrianum anno 1549. in 4. Omittimus pariter Vitalem Zuccolum, cujus plura lucem aſpexerunt, pleraque vero extant inedita, quia hi non ſpectant ad familiam Zuccoliam Faventinam, & poſtremus fuit Patavinus, & inſignis Abbas Camaldulenſis, eodem tamen tempore vivens & clarus, quo vivebat & florebat Ludovicus Zuccolus Faventinus: primus vero, nimirum Simeon, fuit Colonienſis, vulgo *da Cologna* vivebatque ante medietatem Seculi decimi ſexti.

ADDENDA.

SChraderus pag. 404. Monumentorum Italiæ refert ſequens epitaphium ut extans in eccleſia S. Dominici Faventiæ: „ Nicolao Conno Patricio Faventino Jcto, Equitumque Clariſſimo pro Republica Faventina, apud Leonem X., Adrianum VI. Clementem VII. & Paulum III. oratorio munere quam honorifice functo, Fani Fortunæ, Fulginei, Forumliviique Gubernatori, Forum-Cornelii, Ravennæ, Cerviæ Prætori digniſſimo, brevi temporis curriculo magnos honores dignitateſque magnas propria virtute conſequuto (heu mortalium inſtabilis conditio) magna ſuorum & civium ſpe acerbo fato de medio ſublato], Meldina ex Barbavaris mœſtiſſima conjux poſuit. Obiit anno ætatis ſuæ XLVIII. anno Dominicæ ſalutis M. D. XXXVII. die IV. Maji. “ Nullam fuiſſe familiam nobilem Connam Faventiæ ſcimus; ipſum propterea Epitaphium referri debere Nicolao Cennio exiſtimamus, de quo ex Flaminio verba fecimus in Syllabo, ad vocem Nicolai Cenpi, ſive Nicolai de Indovinis.

Data occaſione ceteras ſepulcrales inſcriptiones Faventinas relatas a Schradero ſubjungimus.

In æde cathedrali: Andreæ Sciurolæ.

„ Andreas jacet hic Sciurolæ gloria gentis
Virtute atque opibus nempe celebris eques.
Qui pius in miſeros fuit & ſectator honeſti
Ingenio validus, conſilioque gravis.
Prole ſua felix, & quo non ære nec agris
Urbe Faventina ditior alter erat.
M. CCCCLVXIII.

„ Annæ Quarantinæ Puellæ primariæ ab optimis parentibus ac nobili Quarantina familia ortum habenti, forma, pudore, fide, ceteriſque bonis moribus adeo ornatæ, ut laudi, honori, gloriæ, non ſomno, non conviviis, non delectationi nata videretur, quæ cum XVIII. ætatis ſuæ annum ageret, atque in ore omnium eſſet, ab invida morte primo partu de medio ſublata eſt, Sigiſmundus Bonaccurſius uxori incomparabili ob merita concordiæ conjugalis mœſtiſſimus poſuit. Obiit die XV. junii Anno M. D. XLIV.

Johannes-baptiſta Boſius Eques & V. J. Doctor in annorum LXVIII. ætate conſtitutus, poſtquam multos peregiſset Magiſtratus, Bononia reverſus, & in patriam reductus, dum bene viveret, & ſciens vitam cum morte commutaturum, & putans non alios exequutores, quod ipſe exequutus non fuit, more quaſi aliorum omnium ſuperſtitum, poſtquam hanc capellam dotatam cum tabula, in memoriam beatiſſimæ Virginis Mariæ & pro ſuorum cancellatione delictorum erexiſſet, voleniſque ejus oſſa perpetuo quietare, hoc perfici ſepulcrum mandavit M. D. XLII. “ De Johanne-baptiſta Boſio aliqua ex Flaminio diximus in Syllabo, quæ ſuppleri poterunt ex iis, quæ afferuntur in hoc epitaphio.

Inſcriptionem aliam addimus, quæ legitur in amplo polito lapide extra majorem portam ad manum dexteram ingredientibus Cathedralem eccleſiam, characteribus intra ſe amplexis & incluſis, poſitam ab Aſtorgio Agnenſi nobili Beneventano, & S. E. Cardinale], dum Legationis in Provincia Romandiolæ fungeretur munere, qui obiit anno 1451. quæ continet memoriam Indulgentiæ ab ipſo conceſſæ recitantibus Salutationem Angelicam.

„ Reverendiſſimus. D. Aſtorgius. Cardinalis
Beneventanus. Totius. Roman
diolæ. Legatus. Unicuique. In
Civitate. Faventiæ. Genibus. Fle
xis. De. Sero. dicenti. Ter. Ave
Maria. Dum. Publice. Ipſa. Ad S. Petrum
Pulſatur. Centum. Dies. Remiſſionis. Indulſit. “

Ad Dydimum Faventinum ſuperaddimus notitiam, quam hauſimus ex Hiſtoria Bibliothecæ Fabricianæ VVolffenbuttelii edita anno 1717. ad opera Philippi Melanchthonis pag. 475. his verbis: „ Didymi Faventini adverſus Thomam Placentinum Oratio pro Luthero anno 1521. Quæ quidem a nonnullis Eraſmo, ipſomet teſte in Epp. pag. 507. fuit tributa, cum tamen ſit Melanchthonis: Placentinus vero eſt Thomas Rhadinus Ordinis Prædicatorum, auctor orationis ad populum & Principes, Romæ contra Lutherum habitæ, ut refert Seckendorfius in Hiſtoria Lutherana Germanica pag. 183. Qui Rhadinus iſtam Philippi Declamationem, ſtyli elegantia in primis commendabilem, alia excepit ſimili, ſed ſine reſponſione ſive Lutheri ſive Philippi dimiſſus. “ Ex qua notitia in cognitionem venimus, nullum eſſe Didymum Faventinum, ſed ſub eo nomine Melanchthonem orationem conſuiſſe pro Luthero adverſus Thomam Placentinum.

INDEX
SCRIPTORUM ET DOCTORUM VIRORUM FAVENTINORUM.

A

Academiæ Faventinæ.
Accariſiis (*de*) Rolandinus.
Ægidius judex.
Æmilianus Æmilianus.
Æmilianus Jacobus philippus.
Æmilianus Ludovicus.
Æmilianus Pompejus.
Aguzzonibus (*de*) Franciſcus Epiſcopus Faventinus.
Alberghi Alexander.
Alberici Hieronymus.
Albertus Archipresbyter.
Albicellis (*de*) Papinianus.
Albicellis (*de*) Zaninus.
Aldobrandinus Silveſter.
Allegris (*de*) Claudius.
Alexander a Faventia.
Amatoris Antonii Petrus & Antonius.
Ambroſius Traverſarius.
Amici Ludovicus.
Amici Perinus.
Andreas Abbas generalis Camald.
Andreas Abbas Montis-caſini.
Andreas Generalis O. Servorum.
Andreas O. Cappuccinorum.
Angelus Eremita.
Anonymi.
Antonius Medicus.
Antonius de Mutiliana.
Antonius Poeta.
Armellini Hieronymus.
Armenini Andreas.
Armenini Franciſcus.
Armenini Johannes-baptiſta.
Attorgius L. II. & III. de Manfredis.
Atenoſili (*degli*) Accademia.
Attendulus Creſpolus Darius.
Aurificis (*de*) Paulus.
Azzalli Johannes-antonius.
Azzalli Marcus-antonius.
Azzurinius Bernardinus ſenior.
Azzurinius Bernardinus junior.
Azzurinius Johannes-baptiſta.

B.

Baccarini Vincenzo. Vide *Memorie*.
Bagiolinis (*de*) Benedictus.
Bagiolinis (*de*) Johannes & Nicolaus.
Bagiolinis (*de*) Philippus.
Bagniolius Julius-Cæſar.
Bagnolus Petrus.
Balnis (*de*) Franciſcus.
Baldaſſarius Dominicus.
Baldini Vincentius. Vide *Vincentius*.
Baldiſſeri Chriſtophorus.
Baldus Johannes.
Baptiſta O. FF. Cappuccinorum.
Baptiſta O. FF. Minorum.
Baraldini Antonius.
Barilottus Petrus.
Baroncinus Joſeph.
Baroncinus Purpurinus.
Bartholomæus (*de*) Balneocaballo.
Bartholomæus (*de*) Briſichella.
Bartholomæus (*de*) Rameughis.
Bartholomæus (*de*) Rondininis.
Baruffaldi (*de*) Antonius.
Baſſani Matthæus-antonius.
Baſſius Jacobus.
Battalia Bernardinus.
Battaglia Antonius.
Becchis (*de*) Johannes.
Bedini Nicolaus.
Bellus Guidus.
Beltalis Judex.
Beltranus Naſcimbenius.
Bencivennis (*de*) Aloyſius.
Bene Canonicus.
Benedetti Antonius.
Benedetti Johannes-antonius.
Benedetti Johannes-franciſcus.
Benedetti Johannes-franciſcus alter.
Benedictus a Vezzana.
Benini Dominicus.
Bentini Franciſcus Epiſcopus Comaclenſis.
Bernabucciis (*de*) Johannes-paulus.
Bernardus (*de*) Monte.
Bernardus Faventinus Epiſcopus dictus Papienſis.
Bernardus Phyſicus.
Bertonius Bartholomæus.
Bertonius Jacobus-philippus.
Bertuccius Jacobus.
Biagini Hieronymus.
Biancoli Alexander.
Biancoli Johannes-baptiſta.
Biancoli Paulus.
Bidias.
Bianchellus Jacobus.
Bianchellus Mengus.
Biancus a Cotignola.
Bonaccurſius Theobaldus.
Bonardus Dominicus.
Bonellus Germanus.
Bonolus Hieronymus.
Boſchius Johannes-carolus.
Boſius Johannes-baptiſta.
Boſo Magiſter.
Bovius Alexander.
Bovius Andreas O. FF. Prædicat.
Bovius Andreas O. FF. Cappucin.
Braſchini Johannes-antonius.
Braſchius Antonius.
Braſchius Philippus.
Braſichellenſis Johannes-maria.
Bruſantus Euſtorgius.
Bubanius Hortenſius.
Bucchius Xanctes.
Buccius Antonius.
Buccius Antonius junior.

Digitized by Google

Burghius Alexander.
Burghius Alexander junior.
Burghius Antonius.
Burghius Hippolytus.
Burghius Nicola.
Burghius Pompejus.
Burgos Stephanus.
Burſierius Johannes-baptiſta.
Buzzuola Thomas.
Buzzuola Ugolinus.

C

CAcciaguerra.
Calderonius Gabriel.
Calderonius Gabriel-antonius.
Calderonius Alexander.
Calegarius Johannes andreas.
Campidori Stephanus.
Canis Franciſcus antonius.
Cantinellius Petrus.
Cantoni Antonius Epiſcopus Faventinus.
Cantoni Johannes-baptiſta.
Capalla Johannes-maria.
Caperanus Alexander.
Carmentus Cæſar.
Carolus O. FF. Servorum.
Carranti Petrus-maria.
Carroli Antonius.
Caſa (*della*) Silveſter, Epiſcopus Faventinus.
Caſalius Bernardus.
Caſalius Hieronymus.
Caſalius Jacobus.
Caſalius Johannes-baptiſta.
Caſalius Paulus.
Caſella Matthæus.
Caſella Scipio.
Caſſianus Antonius.
Caſtellanius Julius.
Caſtellanius Petrus-nicola.
Caſtellinius Johannes-paulus.
Caſtellinius Zarattinus Johannes.
Caſtellinius Lucas.
Caſtellinius Johannes-paulus alter.
Caſtillionæus Sabbas.
Cavina Johannes baptiſta.
Cavina Oſtaſius.
Cavina Petrus-maria.
Cavina Virgilius.
Cenni Johannes baptiſta.
Cenni Nicolaus.
Cenni Petrus.
Cenninus Franciſcus Epiſcopus Faventinus S. R. E. Cardinalis.
Ceperanus Alexander.
Cervioni Thomas Epiſcopus Faventinus.
Chiodarolus Johannes-antonius.
Chirimon Matthæus.
Chronicon Faventinum.
Chronicon Toloſani.
Chronicon vetus.
Chronicon vetus aliud.
Chronicon Zuccoli.
Ciri Johannes-maria.
Cittadinius Antonius.
Cittadinius Franciſcus.
Cittadinius Jacobus.
Cittadinius Paulus-maria.
Claudius Balneocaballenſis.
Claverius Johannes-antonius.
Coletus Johannes-dominicus.
Comitibus (*de*) Stephanus.
Conſtantinus O. FF. Servorum.
Conſtantius Epiſcopus Faventinus.
Conſtitutiones Capitulares.
Conſtitutiones aliæ.
Conſtitutiones Synodales.
Conſolus Franciſcus.
Corellius Archangelus.
Corteſius Ser Johannis.
Corteſius Johannes-baptiſta.
Creſpolus Attendulus Darjus.
Curulus Mariottus.

D

DAmianus Monachus Cœleſtinus.
Danielli Auguſtinus.
Deuſdedit Epiſcopus Faventinus.
Didymus Faventinus.
Diverſus Salius Petrus.
Dominicus Balneocaballenſis.
Donatus a S. Agatha.
Doratius Marcellus Epiſcopus Faventinus S. R. E. Cardinalis.

E

EMiliani Emiliano.
Epoandro Napili.
Erculanius Andreas.
Erculanius Bartholomæus.
Erculanius Nicolaus.
Etanus Franciſcus.
Euphemius Antonius.
Eutichius Epiſcopus Faventinus.

F

FAbri Hieronymus.
Fabri Philippus.
Fabronius Angelus.
Fabroni Hiacyntha.
Faenza liberata.
Fagnolus Alexander.
Falegnami (*dei*) Capitoli.
Fantagutius Petrus.
Fautolinus Blaſius.
Fattorini Franciſcus.
Faventia (*a*) Antonius.
Faventinæ eccleſiæ privilegia.
Faventini Annales.
Faventinorum Antianorum Epiſtola.
Faventinorum Capitula.
Faventinorum Epiſtola.
Faventina Decreta.
Faventina Statuta.
Faventina Statuta recognita.
Fenciolis (*de*) Uguccio.
Fenzonius Johannes-baptiſta.
Ferierius Zacharias.
Ferri Antonius.
Ferri Hieronymus.
Filodici (*dei*) Accademia.
Filoponi (*dei*) Accademia.
Filoponi Accademici.
Flaminius Johannes-antonius.
Floronus Lucas.
Franciſcus (*de*) Balneocaballo.

Fran-

Franciſcus (*de*) Cottiniola.
Franciſcus Epiſcopus Faventinus.
Franciſcus O. FF. Cappuccinorum.
Franciſcus Epiſcopus alter Faventinus.
Franciſcus O. FF. Minorum.
Franciſcus (*de*) Funiano.
Fridericus (*de*) Manfredis.
Fuſcus Hieronymus.
Fuſcus Nicolaus.
Fuſcus Sigiſmundus.

G

GAbellottus Vincentius maria. Vide *Vincentius*.
Gabriel Balneocaballenſis.
Gabriel a Mutiliana.
Galaminus Auguſtinus Epiſcopus Recinetenſis & Auximanus S. R. E. Cardinalis.
Galeatius Manfredus.
Galeotus Manfredus.
Gammarus Petrus-andreas Epiſcopus Faventinus.
Gandulfus Johannes evangeliſta.
Garzonius Bartholomæus.
Garzonius Thomas.
Gaſparettus Joſeph.
Gaſparinus Bartholomæus.
Gerardus Epiſcopus Faventinus.
Ghibulus Franciſcus.
Giangrandius Johannes-georgius.
Giovanni-baptiſta (*S*).
Gorius Aloyſius.
Gorus Franciſcus.
Grandigrandus Canonicus.
Graſſis (*de*) Hannibal Epiſcopus Faventinus.
Graſſis (*de*) Johannes-antonius Epiſcopus Faventinus.
Gratianus Bartholomæus.
Gratianus Ignatius-guilielmus.
Gratianus Joſeph.
Gratianus Raynaldus Archiepiſcopus Raguſinus.
Gratianus Thomas.
Gregorius Epiſcopus Fanenſis.
Guarzellis (*de*) Johannes-maria Epiſcopus Polymnianenſis.
Guarini Dominicus.
Guido Canonicus.
Guiduccius Aloyſius.
Guillielmus de Cunio.
Guizzardius Johannes-maria.

H

HErculanius Andreas, Bartholomæus, Nicolaus.
Herminius (*de*) Valentibus.
Hieronymus Briſichellenſis.
Hieronymus a Faventia.
Hieronymus O. FF. Servorum.
Hippolytus (*de*) Faventia.
Hugolinus Epiſcopus Faventinus.
Ugolinus (*de*) Ubaldinis.
Humilitas S.

I

JAcobus Balneocaballenſis.
Jacobus Epiſcopus Faventinus.
Ildebrandus Epiſcopus Faventinus.
Incitati Accademici.
Indovinis (*de*) Johannes-baptiſta.
Indovinis (*de*) Nicolaus.
Indovinis (*de*) Petrus.
Johannardius Johannes.
Johannes Epiſcopus Faventinus.
Johannes Epiſcopus alter Faventinus.
A Johannes Epiſcopus tertius Faventinus.
Johannes Canonicus.
Johannes Presbyter.
Johannes O. FF. Minorum.
Johannes alter O. FF. Minorum.
Johannes O. FF. Prædicatorum.
Johannes alter O. FF. Prædicat.
Johannes Legiſta.
Johannes Flavetinus.
Joſeph Gratianus.
Joſeph a Mutiliana.
Juſtus Epiſcopus Faventinus.

B L

LAderchius Jacobus.
Laderchius Jacobus Presb. Oratorii.
Laderchius Johannes-baptiſta.
Laderchius Johannes-baptiſta junior.
Laderchius Julius-cæſar.
Laderchius Petrus-gentilis.
Laghius Antonius.
Lama Franciſcus-maria.
Lamius Salvator.
Lamone fiume di Faenza.
Lamonia Colonia.
C Lapus Angelus.
Laurentius Judex.
Lazarus Aloyſius.
Lazarus Johannes-antonius.
Lega Laurentius.
Leo Epiſcopus Faventinus.
Leonellus Victorius.
Leontius Epiſcopus Faventinus.
Liberus Antonius.
Liverani Franciſcus-antonius.
Ludovicus Maradienſis.
Ludovicus (*de*) Mutiliana.
D Ludovicus O. FF. Servorum.

M

MAcchius Johannes-baptiſta.
Macchus Antonius.
Maccolinus Ludovicus.
Macinus Presbyter.
Magnanus Romualdus.
Majolus Johannes-baptiſta.
Majolus Johannes-petrus.
Majolus Joſeph.
Malpelus Hieronymus.
E Malpelus Michael.
Malpelus Thomas.
Maluſardus Frigdianus.
Manfredia familia.
Manfredus Aſtorgius I.
Manfredus Aſtorgius II.
Manfredus Aſtorgius III.
Manfredus Carolus.
Manfredus Franciſcus.
Manfredus Fridericus.
Manfredus Galeottus.
Manfredus Johannes-galeatius.
Maradius Cajetanus.

Ma

Maradius Vincentius.
Marcheſius Albertus.
Marcheſius Georgius-vivianus.
Marcheſius Hieronymus.
Marcheſinus Nicolaus.
Marcianus Johannes-baptiſta.
Marcus Pictor.
Mareſcottus Bartholomæus.
Mareſcottus Johannes-antonius.
Marſilius Antonius.
Martinus Canonicus.
Martinus Capellanus.
Martius Vitalis.
Marzarius Lælius.
Maſotti Dominicus.
Matthæus Canonicus.
Matthæus Epiſcopus Faventinus.
Mauritius Abbas.
Mellius Marcus antonius.
Memorie &c. Baccarini.
Mengus Blanchellus.
Michelini Petrus.
Milcettius Donatus.
Milcettius Hiacynthus.
Milcettius Paulus-antonius.
Milcettius Petrus-paulus.
Milcettius Vincentius.
Minus Magiſter.
Mirabinus Angelus.
Monius Honuphrius.
Monſignani Angelica.
Montanarius Apollinaris.
Montanarius Jacobus.
Montanarius Johannes evangeliſta.
Montanarius Joſeph-antonius.
Monti Philippus.
Morti Vincentius.
Monticulo (*de*) Johannes & Johannes-antonius.
Morani Jacobus.
Moriatus Florianus.
Morronus Mauritius.

N

NAldus Antonius.
Naldus Johannes.
Naldus Philibertus.
Naldus Canonicus.
Naldus . . . .
Napili Epoandrus.
Neguſantia familia.
Nevolonus (*B*).
Nicolaus O. FF. Prædicat.
Nicolaus Medicus.
Nicolaus (*de*) Favenzia.
Nicoluccius Bartholomæus.
Nicoluccius Johannes-baptiſta.
Nicoluccius Johannes-baptiſta, dictus Pigna.
Nicoluccius Johannes-evangeliſta.
Nicoluccius Thomas.
Nicoluccius Thomas junior.
Nigronius Johannes Card. Epiſcopus Faventinus.

O

ORegius Auguſtinus Archiepiſcopus Beneventanus S. R. E. Cardinalis.
Orioli Sebaſtianus.
Orlandus Præpoſitus.
Orlandus Canonicus.

P

PAce (*delle*) Ragionamenti.
Padovanius Sebaſtianus.
Padovanius Vincentius.
A Paganellus Dominicus.
Pagani Franciſcus.
Palmeus Petrus.
Papini Corteſius Leonardus.
Papini Johannes-nicola.
Papini Johannes-petrus.
Papini Lucas.
Parinus Julius-cæſar.
Paphius Hieronymus.
Paſius Bartholomæus.
Paſius Conſtantinus.
Paſius Dominicus.
Paſius Jacobus.
B Paſius Jacobus Epiſc. Faventinus.
Paſius Johannes.
Paſius Johannes-franciſcus.
Paſius Lucas.
Paſius Paulus.
Paſius Scipio.
Paſolinus Johannes-ludovicus Epiſcopus Signienſis.
Paſolinus Nicolaus.
Paſolinus Petrus.
Paſſeri Joſeph.
Paſſi Pius.
Paſſio S. Savini.
C Paulus Epiſcopus Faventinus.
Paulus O. FF. Prædicat.
Paulus maria Cittadinius.
Paulutiis (*de*) Johannes.
Pedronibus (*de*) Ugolinus.
Pegolottus Canonicus.
Pepulus Sebaſtianus.
Perettus Johannes-antonius.
Perottus Salvator.
Peſcettius Orlandus.
Petrocinus Marcus.
Petrus Epiſcopus Faventinus.
Petrus Canonicus.
D Petrus Damiani S. Epiſcopus Oſtienſis & S. R. E. Cardinalis.
Petrus O. FF. Minor. Convent.
Philippinus de Verallis.
Philippus Balneocaballenſis.
Philippus O. FF. Min.
Philippus O. FF. Cappucc.
Philippus O. FF. Servorum.
Philoponorum Academia.
Piacenti Joſeph.
Pigna Johannes-baptiſta.
Pignatellus Antonius Epiſcopus Faventinus S. R. E. Cardinalis & S. Pontifex ſub nomine Innocentii XII.
E Piſcinus Philippus.
Piſignolus Franciſcus.
Pius Rodulphus Card. Epiſcopus Faventinus.
Poggiali Ludovicus.
Ponoſo Franciſcus.
Pontelongus Franciſcus.
Porcatius Philippus.
Porcellus Thomas.
Prædicatorum O. Lectores.
Prata (*de*) Guido.
Pritellis (*de*) Stephanus.

Pu-

Pujeſius Angelus.
Purpurinus Baroncinus.

Q

QUarantinus Johannes-baptiſta.

R

R.. ſive Radulphus Canonicus.
Ractius Hieronymus.
Ractius Seraphinus.
Ractius Silvanus.
Radulphus (B) O. FF. Prædic.
Raguſius Johannes-baptiſta.
Rambertus Epiſcopus.
Ramengus Bartholomæus ſenior.
Ramengus Bartholomæus junior.
Ramengus Johannes-baptiſta.
Ramengus Scipio.
Ramiolus Bernardinus.
Ramonibus (*de*) Franciſcus-bartholomæus.
Ravagli Amadeus.
Ravellius Lælius.
Raymundis (*de*) Dominicus.
Recuperatus Andreas.
Recuperatus Auguſtinus.
Recuperatus Auguſtinus junior.
Recuperatis (*de*) Recuperatus.
Regulus Sebaſtianus.
Remoti (*dei*) Accademia.
Righius Franciſcus-maria.
Righius Joſeph.
Rinaldus Marcus-antonius.
Robertus Epiſcopus.
Romanus I. Epiſcopus.
Romanus II. Epiſcopus.
Romualdus Balneocaballenſis.
Rondininus Andreas.
Rondininus Bartholomæus.
Rondininus Bonaventura.
Rondininus Natalis.
Rondininus Paulus-æmilius Cardin.
Rondininus Philippus.
Rondininus Rondininus.
Roſſettus Carolus Card. Epiſcopus Faventinus.
Rozerius Canonicus.
Ruſticius Arneus.

S

SAbbas Caſtillionæus.
Sabellus Marcus-antonius.
Sacchi Innocentius.
Saletti Franciſcus-maria.
Salichius Nicolaus.
Salichius Origenes ſenior.
Salichius Origenes junior.
Salichius Petrus.
Salius Hieronymus.
Salius Mingolinus.
Salius Mingolinus-matthæus.
Salius Petrus Diverſus.
Salius Venerius.
Salvianus Octavius.
Savinus S. Epiſcopus & M.
Savorinus Petrus-paulus.
Scajolus Petrus-michael.
Scala Franciſcus.
Scaletti Carolus-cæſar.
Scaletti Vergilius.
Scola Hieronymus.
Seghicellus Johannes-baptiſta Epiſcopus.
Seguritis (*de*) Paduanus.
Severolus Africanus.
Severolus Andreas.
Severolus Andreas junior.
Severolus Bartholomæus.
Severolus Carolus Abbas.
Severolus Carolus-hieronymus O. FF. Cap-pucc.
Severolus Hercules.
Severolus Jacobus.
Severolus Marcellus.
Severolus Marcellus junior.
Severolus Nicolaus.
Severolus Philippus.
Severolus Vincentius.
Silveſter (*de*) Maradio.
Simon Pelegrini.
Sinibaldi Carolus-andreas.
Sinigardus Canonicus.
Smarriti (*degli*) Accademia.
Sorboli Chriſtophorus.
Sorboli Hieronymus.
Spada Bernardinus Card.
Spada Bernardus.
Spada Hilarius.
Spada Jacobus.
Spada Lælius.
Spada Leonida.
Spadazzi Carolus.
Spadia Hiſtoria.
Spatis (*de*) Petrus Antonii.
Spavaldus Johannes.
Statuta Faventina.
Stay Hierotheus Archiepiſcopus Edeſſenus.
Synodi Faventinæ.

T

TAmbenis (*de*) Johannes-baldus.
Tamburini Aſcanius.
Tatlatius Carolus.
Taurellus Bartholomæus.
Theodoricus Epiſcopus.
Thomas de S. Agatha.
Thomaxius Poeta.
Timoncinus Angelus.
Toloſanus Diaconus Canonicus.
Tombus Johannes-andreas, & Andreas.
Tondini Johannes-baptiſta.
Tonduccius Julius-cæſar.
Tonduccius Melchior, Vandinus, Vincentius.
Torricellius Jacobus.
Torricellius Johannes-evangeliſta.
Torſanus Angelus-maria.
Tortus Petrus.
Toſettius Nicolaus.
Toſettius Paulus.
Traverſarius (*de*) Ambroſius.
Traverſarius Carolus.
Traverſarius Carolus O. FF. Servorum.
Tredotius Sebaſtianus.

V

VAjani Vajanus.
Valentibus (*de*) Erminius Card. Epi-ſcopus.
Valerianus Iohannes-baptiſta, Johannes-evan-geliſta.

V alle

Valle (*a*) Thomas.
Vandali Johannes antonius.
Vandi Johannes-antonius.
Vandinus Doctor.
Vaſecletius.
Ubaldus Epiſcopus.
Ubertellis (*de*) Antonius & Guido.
Ubertellis (*de*) Antonius alter.
Ubertini Antonius.
Velmatius Johannes-maria.
Ugolinus Azonis.
Ugolinus Epiſcopus.
Viarana Antonius.
Viarana Bartholomæus.
Viarana Cæſar.
Viarana Gazolus.
Viarana Hugolinus.
Viarana Jacobus.
Viarana Nicolaus.
Viarana Stephanus.
Viarana Thaddæus.
Viarana Thomas.
Victorius Antonius.
Victorius Benedictus.
Victorius Leonellus.
Vincentius Baldini.
Vincentius (*de*) Cotiniola.
Vincentius Gabelloti.
Vincentius (*de*) Faventia.
Vitalis Epiſcopus.
Uliana Calligrapha.
Utili Adam.
Uva (*ab*) Achilles.
Vulpius Ludovicus.

Z

A ZAcchæus (*a*) Briſichella.
Zaccharias Sebaſtianus.
Zaccharias Ferrerius.
Zangrandis Franciſcus.
Zannelli Marcus-antonius.
Zannolinus Franciſcus.
Zannonus Andreas.
Zannonus Franciſcus Epiſcopus.
Zannonus Petrus-maria.
Zannottus Laurentius.
Zarrabini Carolus.
Zarrabini Honuphrius.
Zarattinus Johannes.
Zauli Joſeph.
Zaulis (*de*) Dominicus.
Zorli Franciſcus.
Zuccolus Alexander.
Zuccolus Auguſtinus.
Zuccolus Gregorius.
Zuccolus Gregorius junior.
Zuccolus Johannes.
Zuccolus Johannes-baptiſta.
Zuccolus Ludovicus.

F I N I S.

AOA AG72952

Digitized by Google